

213.

Disputatio XIV.

341

DE MODO CONSTITVENDI FEUV-
dam in genere, & in specie, de acquisitione feudi per Inuesti-
turam & Prescriptionem.

QVAM,

Fuuante D E O.

A V C T O R I T A T E
E T C O N S E N S V A M P L I S-
S I M I I V R I S C O N S V L T O R V M
C O L L E G I I,

P R A E S I D E,

C O N S V L T I S S I M O V I-
R O, D N. H E N R I C O B O C E R O,
I. V. D. clarissimo, & in illustri Tubingensium Academia Profes-
sore celeberrimo, Praeceptore, & patrono
suo summè honorando.

P V B L I C E I N A V D I T O R I O
Iurisconsultorum ad 15. decembris di-
scutiendam proponit.

M A T T H A E V S S C H V L T E R, E.



T V B I N G A,
Apud Georgium Gruppenbachium.
A N N O M. D. X C I X.

ii

M A G N I F I C I S , C L A-
R I S S I M I S , C O N S U L T I S .
S I M I S Q V E V I R I S

D O M I N O I O H A N-
N I S C H V L T E R O , V . I . D .
C E L E B R A T I S S I M O , I N C L Y T Æ R E I P .
Imperialis Halæ Sueorum Syndico dignissimo,
patruo suo piè honorando.

E T

D O M I N O H E N R I C O B O-
C E R O , I . V . D . P R Ä S T A N T I S S I M O ,
*in Alma Tubingensium Academiâ Professori laudatissimo, patrone
& fautori suo summè colendo.*

H A N C P R I O R E M D I S P V-
tationem gratæ memoriæ , & perpetuæ obser-
uantiax declarandæ causâ, conse-
crat & dedicat

M A T T H A E V S S C H V L-
T E R , Resp.

342

Disputatio XIV.

DE MODO CONSTI-
TUTVENDI FEUDVM IN GENE-
re; & in specie de acquisitione feudi per
Inuestituram, & præ-
scriptionem.



Xpositis personis, quæ feuda dare, & accipere possunt:
cognitis item rebus, in quibus Iure feuda constituun-
tur, sequitur acquisitionis feudalnis in spectio ultima,
in modo constituendi feendum.

THE S I S I.

Modus constituendi feudum duplex est: Vnus, quo quis ob-
ligatur ad præstandum alicui feudum, alter, quo feudum
ipsum realiter adquiritur.

Sicut diuersi sunt modi adquirendi obligationem, diuersi item modi adqui-
rendi dominium: Siquidem obligatio adquiratur ut plurimum per contra-
etum, Item per testamentum, Tit. Inst. Quis mod. recontrahitur obliga-
tio. §. heres quoq; Inst. de oblig. quæ ex contractu nascuntur. iuncto t. Inst.
per quas person. obligatio adquir. & alios modos, qui modi causæ appellan-
tur, in §. per traditionem. vers. sed siquidem. Inst. de Rer. diu. l. in omnibus,
§. D. de oblig. & act. Dominium verò adquiratur per traditionem, præ-
scriptionem & similes. §. singulorum autem, & §§. seqq. Inst. de Rer. diu.
Sic aliis est modus constituendi feudum per causam obligationis, aliis item
est modus constituendi feudum per realem feudi acquisitionem. Interpre-
tes quidem negant ipsam realem feudi acquisitionem, feudi constitutio-
nem esse, sed errore ducuntur; Sicut enim feudum adquiri scribitur
Inuestiturā & successione in t. 1. in fin. t. 33. in prin. 2. Feud. Ita ijs-
dem etiam modis feudum constitui dicitur in Tit. 25. 1. Feud. Differunt
ii a ergo

CLASSIS QVARTÆ

Pone adq[ui]sitiō f[er]mūm n[on] q[uod] p[ro]p[ri]etati ergo feudi constitutio, & adquisitio feudi tanquam genus & species, vt omnis feudi constitutio sit feudi constitutio, sed non omnis feudi constitutio sit etiam feudi adquisitio.

in p[ro]p[ri]etati n[on] q[uod] p[ro]p[ri]etati feudi adquisitio.

in p[ro]p[ri]etati n[on] q[uod] p[ro]p[ri]etati feudi adquisitio.

fundat q[uod] p[ro]p[ri]etati feudi adquisitio.

Priori modo constituitur feudum vel inter viuos, vel ultimâ voluntate. Inter viuos vel pollicitatione legitimâ, vel conuentione.

II.

Pollicitatio legitima est solius offerentis promissum, (a) lege aliqua ad obligationem efficacem confirmatum, qualis est pollicitatio Reipub. ob iustam causam facta, puta ob casum, quem pagus, aut ciuitas passa est. (b)

(a) l.3.in pr.D.de pollicit. (b) l.1. § 1. §. item siue. & §§. seqq.l.4.l.6. §.1. & 2.l.7.9.10.11. & pen. D.de pollicitat.

III.

Conuentione feudum constituitur, cum quis vel donatione, (a) vel venditione, (b) vel permutatione, consentienti alicui rem suam in feudum committit.

(a) donatione feudum constitui posse vel ex eo intelligitur, quod feudum in libris F. passim appellatur beneficium, veluti in t.1. §.1. & quia vidimus. §.hoc quoq. t.12. §.vlt.t.15. 16. 17. 18. 19. in fin. t.20.21. & 22.1. F.t.11. in pr. t.12. 21. & 22.2. F. (b) modò vera & sincera emptio & venditio fuerit. arg. t.1. in fin. t.2. t.7. vers. vel nisi emerint. t.16. & t.20. ibi, nisi beneficiū de communibus bonis fuerit emptum. t.24. 1. F. t.12. 2. F. Prætextu. a.emptionis, id est, per emptiōnē simulatam siue Legem & pactum commissorium nequit constitui feudū. t.27. 1.F. Sed dubitatur, an proprium vel improprium sit eiusmodi feudum emptiū? Et quoniam feudum proprium, ex propria feudi naturā, & communie eius ratione, quam illi ius feudale communiter tribuit, estimari debet. t.7. 1. F. t.2. §. præterea. t.48. 2. F. iuncta leg. 7. §. quinimo. vers. idem Resp. scio. t.27. §. pactus ne peteret vers. quotiens. ff. de pact. l.11. in pr. ff. de Act. empt. l.5. §. sed si facio. vers. & potest. ff. de præf. verb. Curt. Iun. tr. F. p. 1. c. 7. n. 3. & c. 9. n. 2. Omne illud feudum, quod propria feudi requisita habet, in definitione feudi proposita sub. t.23. in fin. 2. F. id est, quod concessum est ex benevolentia domini, in re immobili, ita ut proprietas penes dantem remaneat, vsus fructus a. ad accipientem transeat, & omnes illius heredes masculos, in perpetuum, pro mutua fidelitate præstanda, proprium esse feudum, cum Sonsbec. in suis ad yf. F. comment. p. 2. n. 8. afferere non dubitamus, & si acceptis prius nummis

Vasallo

Vasallo id à domino sit concessum. Nusquam enim in libris F. requiritur, quod feudum planè gratuitum esse debeat, sed pluribus potius locis traditur, pretio feudum comparari posse; Ad hæc certum est, cum etiam beneficium tribuere, qui accepta pecuniâ illud prestat, l. 3. ff. de obseq. præst. & donationem, quæ non est mera liberalitas, sed quæ fit ob causam, donationis appellatione comprehendit. l. 2. in pr. l. Arist. 18^o §. 1. l. 27. & 34. §. 1. ff. de donat l. 2 & 3. C. de condic. ob causam. Quod deniq; donationis causâ viliori pretiores aliqua vendi possit, l. si quis. 38. ff. de contrah. empt. Diff. D. Vult. de feud. lib. 1. c. 8. n. 48. & interpp. communiter omnes tam veteres quam recentiores, eò quod feudum definiatur beneficium, & actio beneuola, int. 23. in fin. 2. F. (c) text. int. 4. §. cum autem t. 22. §. si quis. 1. F. t. 25. 2. F. Quibus locis omnibus traditur, quod per Cambium, id est, permutationem feudum constitui possit, prout dd. loca explicat Alciat. li. 2. Parerg. c. 45. Cuiac. ad t. 4. §. cum autem 1. F. Hotom. in lib. de verb. feud. in Lit. C. verb. Cambium. Veluti si quis allodium suum alicui det, ut pro eo prædium aliquod in feudum accipiat, Hotom. disp. feud. c. 17. in fin. Vves. n. f. c. 6. n. 2. vel si quis prædia sua propria ita alicui offerat, ut eorum proprietas accipientis fiat, usumfructum vero ipse offerens in feudum retineat, So jemand seine elgenthümliche Güter einem Fürsten Graffen oder Herrn zu Ehren aufträgt/ und sich demselbigen zum Ehrenmann obligirt. Cuiusmodi tamen feudum est improprium, siquidem regulariter dominus rem suam propriam Vasallo in feudum concedat t. 23. §. vlt. 2. F.

V.

Vltimâ voluntate constituitur feudum, si quis testamento suo, vel codicillis, aut etiam donatione mortis causa, prædium vnum vel plura alteri in feudum concedat.

Quamvis enim Vasallus de suo feudo absq; domini consensu testari nequeat t. 8. in pr. 1. F. attamen sicut in proprijs suis bonis per vltimam voluntatem aliquis usumfructum alteri constituere, §. ususfructus Inst. de usufr. l. 7. in. pr. ff. eod. Ita eadem alicui in feudum nouum relinquere poterit, cum feudum sit instar usufr. t. 23. §. vlt. 2. F. Ad hæc cum liberum sit cuius, inter viuos prædia sua alteri in feudum concedere, multò magis id facere licebit per vltimam voluntatem, arg. t. inst. de Leg. Fus. Can. eò maximè, quod hac in parte ius commune (quo cuius pro suo arbitrio in vltima voluntate de rebus proprijs, & toto suo patrimonio disponere permittitur, §. cum ergo certus inst. quib. ex caus. man. non lic. l. 1. C. de SS. EE.) contrario F. iure nullibi correclum sit. proindeq; comprobatum censeatur, arg. t. 1. 2. F.

GLASSIS QVARTÆ

VI.

Modus autem, quo feudum ipsum realiter adquiritur, triplex est, inuestitura, præscriptio, (a) & successio. (b)

De feudi inuestitura & successione textus est int. 1. in fin. t. 11. in pr. t. 33. in prin. 2. F. de præscriptione item feudi textus habetur in t. 26. §. si quis per 30. li. eod. Et hos tres modos acquirendi feudum adgnoscit post alios Pet. de Bel. Pert. tr. feud. part. 6. num. 10. quem sequitur Rosenth. in synop. cap. 6. concl. 133. & D. Vult. de feud. li. 1. cap. 9. num. 2. & 22. qui tamen ibidem modum addit quartum, sententiam iudicis, quā pronunciatum fuit, fundum meum proprium, quem Titius aduersarius à me in feudum sibi datum fuisse contendit, feudalem esse; Verūm cum sententia iudicis, siue res iudicata, non sit modus acquirendi dominij, sed tantum causa iudicatum soluendi, ad usucapiendum seruiens. l. 3. in fin. & l. 7. ff. de public. act. sequitur quod neque sit modus realiter acquirendi feudum. Porrò, quod Obertus in d. tit. 1. ad fin. scribit feudum neminem acquirere posse, nisi inuestiturā, vel successione, de proprio siue illo feudo id accipiendum est, quod à domino ex benevolentia ipsius, Vasallo conceditur, ut arguit definitio feudi proprij tradita ab Obert. int. 23. 2. F. Cuiusmodi feudum inuestiturā tantum, & successione acquiritur: Non autem instincte de omni & quolibet feudo id exaudiri debet, nam prater hos duos modos præscriptione quoque feudum acquiri posse, arguit abunde text. t. 26. §. si quis per 30. li. 2. F. quamvis illud sit improprium feudum, id est, inuito domino & citra illius benevolentiam acquisitum arg. l. alienationis. 28. ibi, videatur alienare. ff. de Verb. Signif. & l. 1. in fin. ff. de aq. & aq. pl. arcend. l. 5. §³. si quis. ff. de itin. actuque priu. l. 1. ibi, vicem seruitutis C. de seruit. & aq. Quibus locis seruitus cuius instar est feudum, præscriptione quaesita, non propria, sed q. seruitus, appellatur, & vicem seruitutis obtinere dicitur. Quod denique dicitur in t. 25. 1. F. Sine inuestiturā nullo modo posse constitui feudum, intelligendum id est vel de feudo nouo, quod iamprimum à domino concedente per inuestitram adquiritur, vel de renouatione inuestitura, quae necessaria est in feudo per successionem acquisito. (a) De inuestitura & præscriptione has disputatione. (b) De successione feudi disputatione seq.

VII.

Inuestitura (a) est actus solennis, (b) quo primò (c) feudum, domino cedente illud, (d) adquiritur. v. 1. ac 4. 20. l. 2. a.

a) Quæ

a) Quæ & inuestitio dicitur int. 26. § testes verò. & t. 28. 1. F. item nouæ Inuestitura, in t. 32. ^{in rubr. of Tex.} vers. nouam. 2. F. à Longobardico verbo inuestire, quod Germanis sonat vestiri. i. confirmare & stabilire, siue ut hodiè loquimur, instaurare. (b) fit enim certus ceremonijs & ritibus adhibitus, ut inf. docebitur (c) & hoc differt à renouatione inuestitura, quæ feudum non adquiritur, sed ipsa successione adquisitum iam feudum confirmatur. (d) ad differentiam præscriptionis, qua quidem similiter iam primum feudum nouum adquiritur, at non cedente & tradente, sed magis inuito domino. Sed obſt. quod ut cedere siue tradere, sic & rem suam infeudum dare videtur dominus, quæ eam præscriptione ab alio adquiri patitur; At resp. et si iuris fictione rem illam tradere & cedere videtur & præsumitur dominus in pœnam suæ negligentia, propriè tamen & verè non cedit, non tradit, non alienat, l. 28. in pr. ibi videatur alienare. ff. d. t.

VIII.

Quadruplex autem inspectio circa inuestitutram incurrit; vna de substantiâ inuestituræ; altera de personis, quæ facere, quæ item accipere inuestitutram possunt; tertia, de pactis, quæ in ipsâ inuestitutâ fieri solent; quarta, de tempore, & loco, quibus fieri inuestitura debet.

IX.

Substantia inuestitutæ continetur quatuor inuestitutæ partibus: (a) Quarum prima est inuestitura verbalis; (b) altera fidelitatis promissio; tertia testatio; quarta feudalis possessionis traditio.

a) de inuestitutæ partibus duabus prioribus, ut & parte quartæ textus est in t. 7. §. vlt. 2. F. de tertia verò parte textus habetur in t. 26. §. testes verò. 1. F. tit. 2. in prin. t. 19. t. 32. & 33. ^{F.} §. nec dicatur. 2. F. (b) per synecdochen integri quæ ex integro, id est, inuestitura, (quæ ita generaliter accepta, est modus adquirendi feudum) significatur prima illius pars siue membrum verbalis scilicet inuestitio. Sicut autem inuestitura nomen, si ita specialiter accipiatur, pro verbali tantum cessione, à fidélitate præmissione distinguitur in t. 4. 2. F. Ita & ex aduerso si generaliter & propriè usurpetur modo, quo feudum adquiritur, omnes prædictæ quatuor partes sub eodem coniunctim comprehenduntur. Feudum enim non potest plenè adquiri per solam inuestitutram, i. verbalem illius cessionem, sed desideratur insuper fidelitatib[us] promissio, testatio item, i., testū adhibitio, & deniq[ue] feudalis possessio[nis] traditio.

traditio. t. 3. in fin. t. 25. 2. F. t. 26. §. testes verò. i. F. t. 2. in pr. t. 32. t. 33. §. nec dicatur. 2. F. (c) Ethac quarta pars similiter ut prima per synechodochen integri & simpliciter inuestitura dicitur, & quidem inuestitura propria, si Vasallus inducatur in possessionem t. 33. 2. F. abusua autem, si traditio fiat tantum per symbolum aliquod, veluti per hastam, &c t. 2. in pr. 2. F. eademq; significatione à fidelitatis promissione distinguitur in t. 7. §. vlt. t. 26. §. si facta. 2. F.

X.

Inuestitura verbalis est primus actus, & pars prima inuestiturae, quâ dominus feudi, vel eius Procurator, se nouum Vasallum inuestire dicit, puta his verbis: Ego te inuestio de hoc prædio, ut illud in feudum habeas.

Tit. 2. in pr. & t. 33. in pr. li. 2. F. cuiusmodi verbalis inuestitio nullum symbolum siue insigne requirit, licet id velint Paris. conf. 22. n. 61. vers. 1. And. de Isern. ad t. 7. in verbo. inuestiti. 2. F. Schrad. tr. F. p. 5. c. 2. in fin. Quia ab imaginariâ & q. traditione possessionis feudalium, ad quam symboli adhibitio requiritur, disertè distinguitur, in t. 2. in pr. li. 2. F. iuncto §. si quis merces. Inst. de Rer. diu. t. 7. §. vlt. li. 2. F.

XI.

Altera inuestitionis pars fidelitatis promissio, (a) est cautio quædam, quâ Vasallus domino fidem dat, scilicet fidelem fore, commoda ipsius promotorum, & damna auersurum; eumq; veneratum esse: (b) Quæ vt regulariter est iuratoria, (c) ita post verbalem feudi cessionem, à domino factam, (d) eadem ab omni & quo-uis Vasallo, (e) de omni item & quolibet feudo, tam magno quam modico, (f) necessariò est præstanda. (g)

(a) t. 4. t. 7. in fin. 2. F. Quæ vulgo homagium siue homynium dicitur nostrâ linguâ Lehenspflicht. (b) t. 5. 6. & 7. 2. F. Er wölle seinem Lehenherren ge-trew sein / sein Druzen fürdern / und Schaden abwenden / auch gebürende Ehre erzeigen. (c) eis enim alias & de iure communi promissio sit vel iuratoria cautio, vel nuda promissio §. sed hodie. inst. de satisdat. fidelitas tamen siue fidelitatis promissio in feudis semper est iuratoria, excepto casu, quo tali pacto constitutum est feudum, ut sine iuramento fidelitatis id haberetur. t. 3. in fin. t. 24. §. est & alia, vers. si tamen t. 40. in pr. 2. F. (d) Quod enim in t. 3. in fin. 2. F. scriptum est, nullum inuestendum esse, qui fidelitatem præstare recusat, non hunc habet sensum, q. fidelitatis promissio sis primus inuestiturae actus, qui verbalem feudi cessionem precedere debeat, sed ita asciendum id est, nulli

DISPUTATIO XIV.

345.

nulli faciendam esse inuestitaram, quin non sit paratus post verbalem feudi cessionem fidelitatem promittere, siquidem officium sit Vasalli, qui petit a domino se inuestiri de feudo, ut profiteatur, se paratum esse fidelitatem promittere Gl. & Dd. in t. 3. S. vlt. 2. F. (e) adeo ut ne clerici quidem feuda accipientes ab eo praestando sint immunes, Canonist. in c. verum. extr. de for. competit. c. nimis. & c. petitio. extr. de iure iur. Aluarot. ad t. 5. 2. F. Schneid. de feud. p. 4. n. 17. Quamvis minor impubes, sidatum ei fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec in maiorem & eam venerit atatem, in qua doli capax sit, t. 26. §. si minori. & §. seq. 2. F. (f) Propter generalem regulam, quod nulli inuestitura ei fieri debeat, qui fidelitatem præstare recusat; A quam vnicus tantum in toto iure feudali excipitur casus, quando scilicet feudum eo pacto adquisitum est, ut sine iuramento fidelitatis habetur, t. 3. S. vlt. t. 24. §. est & alia. 2. F. ut proinde d. regulæ in omnibus reliquis casibus non exceptis inhabendum sit tenaciter, l. 23. ff. de seru. præd. vrb. Dec. Cagnol. & alij in l. 1. & l. omnis definitio de R. I. Menoch. cons. 88. n. 51. & cons. 98. n. 13. vol. 1. cum cuiusvis regulæ proposita exceptio, omnes alias exceptiones exclusas esse arguat, l. quæstum. 12. S. idem. re. ff. de inst. & inst. leg. Et hanc de modico feudo sententiam amplectuntur etiam Rosenth. in synop. cap. 6. concl. 67. & D. Vult. lib. 1. cap. 7. num. 39. (g) d. t. 3. in fin. 2. F. Sed quam formâ fidelitatis facienda sit, dubitatur? Et quia non omnes Vasalli ad seruitia præstanda sunt obstricti, sed quidam horum a seruitijs planè liberi, quidam etiam ad certa tenentur seruitia, non potuit certa aliqua & perpetua fidelitatis forma præscribi. t. 5. 6. & 7. 2. F. And. de Isern. Aluarot. & Fr. Schenck. ad t. 7. 2. F. Quod si ergo curia aliqua certam fidelitatis formam habeat, Principum aliorumq; dominorum consiliarij incumbit, ut ad feudi Vasallorumq; rationem illam accommodent, Hotom. disp. feud. cap. 24. part. 134. Sin usitatam & certam formam nullam habeat, ut vel illâ utantur, quæ in t. 7. 2. F. proponitur, vel illa quæ communiter obseruari solet. Dass sie schwören / sie wollen ihrem ehrenherren getrew vnd hold sein / seinen Schaden wenden vnd warnen / wie auch die schuldige Dienst leisten / vnd auff erfordern / im Echengericht erscheinen. Quale iuramentum in genere præstitum sufficiens esse arguit. tit. 5. 2. F. & scribit Fr. Schenck. ad tit. 7. num. 2. 2. F. idemq; usum receptum esse, & omnia quæ in d. t. 6. & 7. 2. F. sub præscriptâ ibidem fidelitatis formâ continentur expressa censi, & ad eadem iurantem sese alligasse intelligi testatur Zaf. de feud. p. 7. pag. 38. Decian. cons. 19. num. 200. vol. 3. vbi aliorum authoritates adducit. Quamvis ad consulendum simplicitati & ignorantiae quorundam Vasallorum satius esset, fidelitatis species

kk

in formâ

CLASSIS QUARTÆ

in forma iuris iurandi nominatum exprimere, quomodo, quâ ratione, quibus itâ
in rebus & negotijs domino fideles esse debeant. Schenck ad t. 7. n. 2. 2. F. Quod si
fidelitatis iuramentum nouis & insolitis capitulis, aut secus quam ante iura-
zum est, fuerit conceptum, Vasallus iure id præstare recusat, vel si præstiterit,
per vim & metum extortum intelligitur, ita communis est feudistarum con-
clusio de qua D. Vult. lib. 1. de feud. c. 7. n. 40. vbi plures allegat.

XIII.

Tertium inuestituræ membrum, quod sequitur, est testatio siue
testificatio; cuius species sunt, testium adhibitio, & instrumentum
publicum, siue breve testatum.

Tit. 2. §. 1. t. 3. t. 4. ¶ §. 1. & §. item Vasallus. §. si quis. 1. F. t. 2. §. si autem. t. 25.
§. vlt. t. 32. 2. F.

XIV.

In testium adhibitione spectamus qualitatem siue idoneam te-
stium conditionem, itemq; testium numerum.

XV.

Qualitas siue idonea testium conditio quæ desideratur est, ve-
sint homines liberi, (a) masculi, (b) conuasalli, (c) pares curiæ. (d)
a) t. 58. §. 1. vers. alioquin. 2. F. (b) t. 32. §. vlt. 2. F. (c) id est, qui
ab eodem domino feudum aliquod possident, t. 26. §. testes verò. §. F. qui
comparēs appellantur in t. 54. 2. F. (d) id est, qui in eodem sunt dominè
(à quo feuda tenent) territorio, sub q̄, eadem illius domo siue curiâ, & alio nomi-
ne pares Curti dicuntur, item pares domus & de domo, quos ex pluribus con-
uasallis ab eodem quidem domino sed in diversis territorijs & ditionibus feuda-
rentibus, ad inuestituram nouam necessarios esse probat, t. 2. §. 1. t. 3. t. 4.
¶ §. 2. & §. 3. item si Vasallus. §. item si quis t. 26. §. si quis. t. 10. in pr. t. 11. 1. F.
t. 2. in pr. t. 16. in pr. t. 20. in pr. 2. F. Sonsb. ad vs. F. p. 14. n. 2. Vves. de
feud. c. 17. n. 3. Myns. C. 4. obs. 89. in fin. & D. Vult. lib. 1. de feud. c. 7. n. 24.
Ratio autem cur ad nouæ inuestituræ testificationem desiderentur testes conua-
salli eiusdem curiæ pares, & si alijs adhibeantur inuestitura minimè valeat,
etiam si dominus simpliciter confiteatur factam esse inuestitram, hac esse vi-
detur, quia feudorum placita ad nouæ inuestituræ actum pares curiæ, ut solen-
nitatem desiderant, id quod disertè probat. t. 32. in pr. t. 2. in pr. vers. alio-
quin. 2. F. & scribit Aluarot. ad d. t. 32. n. 4. Præpos. ibid. n. 6. & Fr. Schenck.
n. 1. Quod sit ut si substantialis illa inuestituræ forma strictè non obseruetur, to-
tus actus efficiatur inutilis, & nullus, arg. l' Julianus. §. sed si quis D. ad exhib-
itus qui 80 §. quedam ff. ad L. Falcid. l. cum his. §. §. si prator. ff. de Trans-
actis.

DISPUTATIO XEV.

ag. l. i. 5. præterea. vers. virumq. ss. detus. & rat distr. Bald. ad l. comparationes. n. 9. vers. 30. opponitur. C. de fid. inst. Vasq. de success. vlt. vol. tom. i. li. i. de. potent. restat. §. 3. n. 3: & 4.

XVI.

Est autem quæstionis , si pares Curiae ad inuestitionis actum
venire recusent , vtrumne cogendi sint , vt veniant , an verò illorum
loco extranei adhiberi possint ? Quod posterius , vt receptius , ita
æquius & de iure verius esse dicimus . (4) Sed & illud in dubium
vocatur , si pares Curie inuestitionis tempore absint , vtrumne ipso-
sum redditus exspectandus & inuestitura ad illorum aduentum dif-
ferenda sit ? Et quamuis pares Curiae absentes regulariter citandi ,
& vocati exspectandi sint ; si tamen longius abfuerint , vel alicubi
tot tantisque negotijs distineantur , vt vel facile citari nequeant ,
vel vocati redire breui non possint , in eorum locum extraneos
adhibendos esse statuimus : Sicut & illo casu testes extraneos iure
adhiberi posse putamus , cum dominus vel alios Vasallos non ha-
bet , vel habet quidem alios Vasallos , sed in alia curiâ , quorum co-
pia facile haberi nequeat .

a) Quamvis enim Fr. Schenck. ad tit. 2. in prin. num. 21. 2. F. pares Curiae tergiuersantes, multa indicta pœnaliq; iudicio per dominum cogendos r. ibi. hunc dñm cogente invenisse scribat, argumen. d. tit. 2. & l. vn. ff. si quis ius dic. non obt. eiusdemq; it. sicut res parvæ appellat. opinionem in punto iuris veriorem esse post alios existimes etiam Vult. li. 1. de feud. cap. 7. num. 27. communem tamen & receptam quam nos defen-
dimus sententiam probabiliorem esse satis euincitur, argum. l. si legatario. 22. paradrem facit d. 22.

S. vlt. ff. de fideicommiss. libert. Item ex eo, quod testis etiam testamentarius, hac zo infirmæ. mag. n. ioriz. dñm.
qui de solennitate & necessariò ad testamenti factioñem desideratur, inui-non te in infirmum loſ aliorum
zus ad id cogi non potest, l. qui testamento. 20. S. fin. ff. qui test. fac possunt, dñs in vasallos. q. vocant dñm
Vasq. suprad. loco, tit. 1. S. 12. num. 15. & S. 18. num. 298. (b) tit. 33. dec 10. s. n. 1. in re iusta duobus.

S. nec dicatur, vers. quia & si absint. 2. F. & ad tit. 2. 2. F. docet Bald. n. 7. h. vasallorum ac vasallis dñi.

Aluart. num. 8. Sonsbec. part. 9. num. 15. Vesemb. de feud. cap. 8. num. 13.

Mascard. de probat. concl. 942. num. 7. vol. 2. Bald. ad d. tit. 33. num. 5. &
ibid. Aluarott. ad S. quodd'autem, num. 3. 2. F. Quibus locis iudicis arbitrio tem-vult. 1. F. 7. n. 27. v. 1. 2. 2. 3. 4.
poris definitionem, per quod exspectari debeant, committendam esse scribunt.

(c) tit. 26. S. testes vero. 1. F. & scribit post Aluarott. Schrad. de feud. p. 5.
c. 2. Fr. Schenck. ad pr. d. t. 2. n. 2. 2. F. Borch. de feud. c. 7. n. 26. (d) d. t. 2.
S. si autem, vbi Bald. n. 7. & Fr. Schenck. n. 21. t. 33. S. quod autem t. 58. S. quod
autem, 2. F. t. 58. S. Item sciendum, vers. idcirco. 2. F. Sonsb. de feud. d. p. 9. n. 15.
& Schrad. d. p. 5. c. 2. n. 9. vers. tertio fallit.

卷二

Recette

CLASSIS QUARTÆ

XVII.

Rectè quoq; & licitè ad nouam inuestituram adhibentur cum pāribus Curiæ, testes etiam extranei, si clericus, puta prælatus, cui ius est infeudandi, de re Ecclesiastica inuestituram fecerit: (a) Velsi curiæ consuetudine receptum, aut loci statuto specialiter id cautum fuerit. (b)

Hoc de parvissimis: hinc quare Ecclesiastica, non etiam de allodio & re propria inuestiturā facere possint, coram pares. *Cetero dicitur ad eum: testibus etiam extraneis, hec adfertur, quod clericus siue prælatus, cui ius est in feudum alii habendi sunt: hoc atque in feudandi aliquem de feudo Ecclesiastico, in feudum dari solito, etiam absq; suorum tamen ab infeudato vocati non confratrum, id est ceterorum eiusdem collegij clericorum præsentia & assensu in diu incepit in re: ex hoc non posse uestire aliquem potest, textus est in t. 26. §. in clericorum 1.F. & cap. 2. ext. lib. 5. t. 26. ab infeudato de feud. Curt. tr. F. p. 2. q. 1. n. 2. Zas. p. 5. & Duar. c. 6. n. 4. Si non confratrum, p. 5. alii incepit in re, cu hī. ergo nec parium curiæ præsentia hic opus erit. Cum enim totum clericorum collegium. Et sic potius ab infeudato legium concernat in vestitio de re Ecclesiasticâ. arg. l. 2.C. de adopt. ad pares parvissimis. *Quod autem de feudo* verò curiæ inuestitionis actus nihil pertineat, si ipsorum interesse spectet, solen clavis. *Et ab absente assecuratur* nitas conuocandorum parium curiæ magis prælato inuestienti remissa intelligatur, quam adhibendorum fratrum necessitas; in allodio verò & rebus proprijs, quia clerici pro laicis habentur, l. 3. vbi Dd. C. de Ep. & cler. idem etiam in causâ feudi, & nouâ inuestiturâ facienda, merito adæquantur t. 35. 2. F. t. 32. in pr. eod. Quem textum alij aliter explicant & cum d. t. 26. §. hæc omnia conciliare student, vt videre est apud Horom. in comment. ad d. t. 26. §. in pr. D. Vult. li. 1. de feud. c. 7. n. 28. & alios alibi. (b) arg. t. 1. 2. F. Schrad. de feud. p. 5. c. 2. n. 11. vbi plures alias exceptiones proponit. Curt. Iun. de feud. p. 2. c. de feud. laicor. q. 4. n. 19.*

XVIII.

Testium numerum quod attinet, ad nouam inuestituram faciendam requiruntur testes duo, siue adhibeantur pares curiæ, siue extranei.

Ita probatur tum per text. t. 26. §. si quis. 1. F. t. 2. in princ. 2. F. tum quia pluralis locutio duorum numerore regulariter contenta est, vt proinde testes duo sufficient, licet ex superfluo tres vel plures adhiberi possint t. 2. in pr. vers. si enim, & t. 58. §. quod autem. 2. F. l. vbi. 12. ff. de test. Quod tamen Horom. ad d. t. 2. li. 2. F. vitiosè inductum esse putat, eo quod ad inuestitionis actum requiruntur pro solemnitate quadam d. t. 32. in pr. 2. F. vt consequenter duo sufficere minimè deberent, l. vlt. C. defideicomiss.

Ethæc

XVIII.

Et hæc de testium adhibitione; succedit testificationis species altera; Breue testatum. Est autem breue testatum Instrumentum publicum, (a) Inuestitionis negotium continens (b) testium subscriptione munitum. (c)

CLASSIS QUARTÆ

dem, inuestitoram illam presentibus paribus Curia factam esse. & si careat subscriptione parium, prout scribit Schrad. d. feud. p. 5. c. 2. num. 12. & Almavort. ad t. 32. num. 5. 2. F. eò sc. quod hoc casu, quo sit inuestitura coram paribus Curia, necessariò & pro solennitate breue testatum non exigitur, vt ostensum est prius & probat Camer. in repet. tit. de prohib. feud. al. per Fr. 2. F. p. 45. Sonsb. ad vs. F. p. 9. num. 23. Hotom. disp. feud. c. 25. & VVef. defend. c. 8. n. vlt. addens ibid. hodie usitatum esse, vt inuestitura Instrumentum peratur & detur à domino, Ante apocpha verò siue Reuersale à Vasallo per l. plures 19. vbi Bl. c. de Fid. Instr. Rosenb. in synop. c. 6. conclus. 112. Vult. defend. l. 1. c. 4. n. 42. Hinc tamen haud euincitur, breue testatum eo etiam casu, quo pro solennitate ad probandam nouam inuestitoram adhibetur sine testimoniis etiam subscriptione valere & subsistere.

XX.

Restat inuestitionis pars quarta; feudalis possessionis traditio, quæ & ipsa specialiter inuestitura dicitur, (a) Atq; verbalem inuestitoram, & fidelitatis præstationem, sub testificatione factam subsequitur, Ad quam faciendā dominus etiā inuitus cogitur, nec prestanto interesse ab ea liberatur; (b) Estq; duplex feudalis possessionis traditio, propria, & abusua. (c)

(a) t. 2. in pr. t. 33. in pr. 2. F. (b) t. 26. §. si facta. 2. F. Neq; ipse solummodo dominus concedens, sed & successor eiusdem per possessionis traditionem adimplere tenetur inuestitoram, t. 3. & t. 9. 1. F. etiam si clericus de bonis suis proprijs inuestitoram fecerit, t. 35. in pr. 2. F. sed è diametro obſt. videtur t. 7. §. vlt. li. eod. vt videtur Hotom. disp. feud. c. 26. & ad t. 4. §. 1. 1. F. t. 7. in fin. t. 26. §. si facta. 2. F. Cuias. ad t. 3. 1. F. (c) d. t. 2. in pr. 2. F. ibi, inuestitura propriè dicitur possessio, abusuo autem modo dicitur inuestitura, quando haſta, aut aliud porrigitur à domino, inuestitoram faciente. Quibus verbis t. per Synechdochēn integri, inuestitoram sc. (qua vox propriè totum inuestitū actum denotat) significatur tantum pars siue membrum inuestitura, traditio sc. possessionis feudalis; deinde & 2. per metonymiam subjecti possessionē sc. significatur traditio rei feudalī, à qua ipsius possessio differt ut subiectum ab adjuncto; Sed obſt. videtur quod ibid. adiicit lc. inuestitoram propriè dici possessionem, Ergo non tropicè; Nec minus eandem diuisionem traditionis feudalī possessionis in propriam & abusuam r̄ūgit fecesq; appellat D. Vult. lib. 1. defud. c. 7. num. 10.

XXI.

Propria feudalis possessionis traditio est, quâ Vasallus in ipsum corpus rei feudalī præsens, & oculis subiectum inducitur; Abusua
verò

DISPUTATIO XIV.

345.

verò traditio, cum dominus loco possessionis corporalis, vel symbolum aliquod tradit, puta gladium, hastam, &c. (a) quę traditio symbolica dicitur; vel iubet eum ire in possessionem prædij absentis, & illud pro feudo tenere. (b)

(a) d. l. 2. in pr. & t. 33. in pr. 2. F. Sic etiam Iure communi inpropiè & quidē symbolice traditio fieri dicitur, si venditor, qui merces in horreum depositas vendidit, claves horreum tradat emptori apud horreum. S. item si quis Inst. de Rer. diu. l. clauibus. 74. de contr. empt. l. 9. §. item si quis D. de adq. rer. domino. si item vino vendito tradat emptori claves celle vinariae, l. 1. §. si iusserint vers. & vina. D. de adq. poss. vel si Instrumentū emptionis merciū emptori tradat, l. r. C. de don. l. quadam. 77. D. de R. V. (b) Ita quoq; inpropiè, verbaliter, & nuda voluntate domini iure communis traditio, cū venditor fundi iubet emptorē ire in possessionem eius fundi d. l. 1. d. §. de adq. poss. Si quis item domini voluntate rem eiusdem alicubi positam auferat animo sibi habendi eam. l. 6. vers. q. traditio. D. de don. vt & si quis rem suam, quam alius possidet, eidem vendat, donet, aut mutuam det, S. interdum etiā Inst. de Rer. diu. d. l. quaratione. §. si iusserim. de adq. poss. l. 9. §. vlt. l. 10. l. 15. D. de Reb. credit. Abusua. a. b. c. symbolica, & verbalis traditio possessionis, ad transferendum feudum illud, quod in Iuribus constituit, ideo necessaria est, quia Iura (cum sint res incorporales) apprehendi nequeunt & ideo q. tantū atq; abusiuè tradit̄ possunt l. vlt. D. de seruit. l. 23. §. item ei. D. Ex quibus causis maior. l. si aedes. 32. in fin. D. de seru. præd. urban.

XXII.

Sed quæstionis est, An abusiuè traditâ re feudalî, possessio eius confessim adquiratur Vasallo, necne? Et si in re præsentî abusua traditio facta fuerit, confessim Vasallo istius rei possessionem, sine corporali eiusdem apprehensione adquiri putamus; (a) si facta fuerit de re absenti, nisi Vasallus rei illius abusiuè tradit̄ possessionem corporaliter ingrediatur, apprehendat & occupet, eandem illi non adquiri afferimus. (b)

(a) d. l. 1. §. si iusserim. D. de adq. poss. d. l. 74. de contr. empt. Quod si item nō uus Vasallus iam antè ex commodato, locato, aut deposito, rem in feudum sibi concessam teneat, potestate abusua traditionis, absq; noua adprehensione possessio corporis sive rei illius statim ad inuestitum transit, arg. l. quadam. 77. vers. proponebatur. D. de R. V. d. §. interdum. Inst. de R. diu. Si deniq; feudum alicui constituantur, quod in Iuribus constituit, & dominus Instrumentum novo Vasallo tradat, quo constestur se illi ea Iura in feudum concedere, instrumenti illius traditione Vasallus q. possessionem Iurium illorum. statim adquirit, arg. l. 1. ubi gl. in verb. traduis. C. de donat. d. l. quadam. D. d. R. V. iuncta l. 59. D.

de

de Leg. 3. vt consequenter Vasallus omnibus predictis casibus factâ possessione
abusiuâ translatione & adquisitione, non modò contraterium possessorem, sed
& ipsum concedentem dominum in rem actionem habeat t. 8. §. rei autem, vbi
And. de Iser. & Aluarot. 2. F. l. 1. C. de donat. (b) t. 33. in pr. vers.
licet enim 2. F. vbifeudistæ t. 4. §. similiter. 1. F. d. §. interdum inst. de Rer. diu.
Hart. Hartm. lib. pr. obs. tit. de feud. obs. 6. Sufficit tamen ad adprehendendam
feudalis fundi possessionem quamlibet illius partem introire, dum eâ mente,
& cogitatione id fiat, vt totum fundum ad terminum usq; possidere velit l. 3.
§. 1. de adq. poss. Quod si plura in feudum abusuè sint tradita, quæ cohærent
& coniuncta sunt, satis est si Vasallus vnum eorum ingrediatur animo possi-
dendi totam vniuersitatem illam d. l. 3. §. 1. vbi Bart. d. t. Aluarott. ad t. 2. 2. F.
num. 7. vers. quæro. & ibid. Præpos. num. 8. Quæ singula specialiter apprehe-
nenda essent, si remotæ & diuersis locis distincta forent arg. d. l. 3. §. 1. & scri-
bit Zaf. cons. 10. num. 6. lib. 1. Myns. C. 3. obseru. 39. quos sequitur Borch. de
feud. c. 7. num. 11. Hotom. disp. feud. c. 23. Baro. lib. 2. de benef. c. 13. qui volunt

XXIII. C. 10. n. 11. v. quam vis a.
Quare & illud? An sicut facta Inuestitura verbalis & fidelitate
magistrorum omni invictum quod post inuestitam abusuam (quam illi ciuilem appellant) de re absente
in possessionem. qd hinc privacione factam, nilominus necesse sit, ut vasallus abusuè inuestitus in possessionem
possessor regnū admissus. Viz. qd
occupare non debet sed auctoritate
ad hanc - ipsam in se
ie ingredi & illius possessionem apprehendere. Contra qd
ad minime.

XXIII. C. 10. m. 16. v. quamvis a.

Quæritur & illud? An sicut facta Inuestiturâ verbali, & fidelitate
subsequutâ, dominus possessionem rei illius feudalis Vasallo trade-
re tenetur; Ita etiam ex solâ feudi promissione, & habito tractatu, de
re aliquâ in feudum concedendâ, compelli possit ad inuestiendum
Vasallum? Quod & si plurimi negent, qui hoc casu dominum Inter-
teresse præstanto liberari contendunt, (a) decisionem tamen affir-
matam, vt Iuri magis consonam, constanter & intrepidè tueri non
veremur. (b)

(a) Mart. Laud. ad t. 26. § si facta. & ibid. Aluarott. num. 8. id. ad t. 7.
§. vlt. num. 1. 2. F. Ias. de S. Georg. tr. f. in verb. inuestiti. num. 8. Myns. C. 4.
obseru. 61. arg. l. 1. & 4. de Aet. empt. & quod in omnibus faciendi obligationibus
receptum sit, vt debitor non præcisè ad factum teneatur, sed præstando Interesse
liberetur. l. si quis. 13. §. vlt. D. de R. Iud. Gæd. ad l. faciendi. 175. num. 2. D. de
verb. fig. (b) Cum enim in d. t. 3. §. vlt. 2. F. expressè scribat I C. feudista,

verb. fig. (b) Cum enim in d. t. 3. §. vlt. 2. F. expresse scribat I C. feudista,
ut arguit in q[uo]d nullam inuestituram fieri debere illi qui fidelitatem facere recusat, sententia
latom facie ipsa inuestigandis hoc nostra affirmata ex d. loco per sensum contrarium argumentando (quod
praeceps. q[uo]d inuestigandus est quia in iure p[ro]sternitissimum est, ut scribit Euseb. in Topic.) rectissimè defenditur, ma-
iusque fidei latom. Porro in ~~minor~~ angustior figura q[uo]d clavis p[ro]positio affirmativa ap[er]ta maiori negatur. xime
Primo 2o causas faciem fidelitatem esse inuestigandis. Quia p[ro]p[ter]eas fidelitatem is non valens p[ro]positio. E-
st p[ro]p[ter]eas fidelitatem is quod est inuestigandus. q[uo]d si quis ille vellet argutari. O[ste]ndit inuestigandus autem fidelitatem non est est
est p[ro]p[ter]eas fidelitatem is omnis p[ro]positio p[ro]p[ter]eas fidelitatem. E p[ro]p[ter]eas angustior figura p[ro]p[ter]eas fidelitatem is est inuestigandus
nec p[ro]p[ter]eas p[ro]p[ter]eas affirmativa ap[er]ta q[uo]d p[ro]p[ter]eas fidelitatem is est inuestigandus
2o enim in angustior figura q[uo]d clavis negatur.

D I S P V T A T I O X I I I .

349.

Ximè cùm Iure etiam communi eadem recepta sit, vt quod nudo quantumvis pacto donatione facta necessitatem donatori imponit, adimplendi promissionem. *to nō solum ligat*
S. alia autem donationes. vers. ad exemplum. Inst. de donat. & Iure F. con-^zta ab solitū q. in certis
trarium nullib[re] reperiatur esse dispositum. t. 1. §. strenuus autem. 2. F. Prater com.
omnem autem dubitationem illum nouum Vasallum dominus inuestire cogetur,

cui non nudè & simpliciter solummodò feudum promisit, sed insuper etiam, ante fidelitatem fita n. p[ro]cedim.

F. Corpbus. + Inuestituram, possessionem rei illius tradidit, siquidem p[ro]enitere amplius omni^{q[ui]a fidelitatem fita n. p[ro]cedim.} *vers. ad exemplum.* *Inst. de donat.* & Iure F. con-^zta ab solitū q. in certis
non posse^t; Cum namq[ue] dominus teneatur post factam Inuestituram & fidelita-^{q[ui]a fidelitatem fita n. p[ro]cedim.}
F. Corpbus. *Inst. de donat.* rem promissam, nouo Vasallo possessionem rei illius traderet quod maius est. t. 4. F. 15. *pois & necessitatis erob.*
Inst. de donat. § 1. 1. F. Can. 16. que. 2. multò magis tenebitur inuestire illum Vasallum, qui feu-

dum non modò promisit, sed & illius possessionem iam antè tradidit, (quod minus R[ec]G[ra]M. in pl[an]t[ati]o[n]e l[oc]a[n]t[ati]o[n]e gl[ori]f[ic]atio[n]e est) eo maximè quod maiorem vim habeat repetitio promissionis, quam simplex^{q[ui]a fidelitatem fita n. p[ro]cedim.} *vers. ad exemplum.* *Inst. de donat.* promissio l. 22. C. ad SC. Vell. l. 1. §. debitum. iuncta. l. 5. §. 2. de const. pec. Dis. Hotom. disp. feud. cap. 26. per text. t. 25. in pr. 1. F. Quo loci heres illius, qui v[er]g[er]et + fidelitatem fita n. p[ro]cedim.
iubente domino possessionem alicuius rei feudi nomine absq[ue]. Inuestitura nactus is v[er]g[er]et h[ab]ere possessionem. E. gl[ori]f[ic]atio[n]e est, succedere negatur in eandem possessionem; vnde probabilit[er]e concludit, cum q[ui]a fidelitatem fita n. p[ro]cedim.
heres vrgere non posse dominum, vt inuestiatur de feudo, cuius possessionem de-
functus feudi nomine iam antè fuit adeptus, neq[ue] ipsum etiam defunctum, postnas. q[ui]a q[ui]a fidelitatem fita n. p[ro]cedim.
adquisitam, absq[ue]. Inuestiturā feudi possessionem, dominum cogere potuisse, ut de ceteris inuestiis p[ro]prie-
ab eo inuestiretur, siquidem ex Iure successoris, per successionem adquisito, ar-
guamus ius illius, cui successit l. 25. & 62. D. de R. I. Ita vt quod heredi, tan-
quam heredi non licet, neq[ue] defuncto licuisse certum sit, si sc. questio non sit de Cred. Lig[ati]o[n]e velis oryctas:
his, que defuncti tantum personæ competebant, l. 196. de R. I. §. finit[ur]. Inst. F[ac]t. h[ab]ere vrbat[er]e inuestiis q[ui]a fidelitatem fita n. p[ro]cedim.
Vrbat[er]e inuestiis. q[ui]a f[ac]t. idem. Cogit[ur] r[ec]t[er] inuestiis. m[od]o adiungat. n[on] p[ro]prie-
de v[er]s[u]r.

X X I V . *Q[ua]ndam p[ro]missio[n]em in aliquo h[ab]et tunc cogit[ur] r[ec]t[er] inuestiis. q[ui]a p[ro]b[abil]i[t]ate est.*

In dubium & illud venit, duobus de uno eodemque feudo per inuestituram separatim concessu, an primo secundus, vel primus secundo Iura potiora consequatur? Et quamuis indistincte Dd. gl. sequi, illum potiorem esse contendat, cui feudi possessionem dominus prius tradidit: (a) Nos tamen distinguendum esse putamus, inter casum, quo alter post promissum feudum Inuestituram verbalem accepit, & fidelitatem promisit, alter vero in possessionem feudi à domino inductus fuit; & easum illum, quo vni post Inuestituram verbalem, & fidelitatis promissionem, feudum abusuè dominus tradidit; alterum vero post hanc demum Inuestituram, in ipsam feudi possessionem induxit: Priori enim casu secundum primo; (b) posteriori vero primum secundo præferimus; modo possessionem à domino

1. Duo vni in solidum in solida separati dicitur so[lo]m[od]o p[ro]p[ri]e. Sibi
Imo e. atq[ue] h[ab]ent actiones in p[ro]p[ri]etatem: p[ro]p[ri]etate alteri. q[ui]a p[ro]p[ri]etatem ad aptly e.
2. Duo vni in solidum in solida separati p[ro]missio[n]em, & alter vrbat[er]e in p[ro]p[ri]etatem. q[ui]a vrbat[er]e illa in p[ro]p[ri]etatem ad alterum natus fita n. p[ro]cedim.
3. Duo vrbat[er]e & fundo separati in solidum p[ro]missio[n]em in p[ro]p[ri]etatem. ad alterum p[ro]p[ri]etatem.
4. Duo vrbat[er]e in p[ro]p[ri]etate & alter fidelitatem p[ro]p[ri]etatem, alter n. vno q[ui]a fidelitatem p[ro]p[ri]etatem, alter n. q[ui]a fidelitatem p[ro]p[ri]etatem.

5. dico fidelitatem vestram, inquit, sum ab invictis sollicito. Et hanc sit ista 2. do: ut pater paterne actiones in rem patrimonii 2. do. Per
tunc in possessione sua sit: sicut magis tradidit: quia ipso testem sit, ab invictis in multa plena. sed et zealans et per am.
anno q. 2. do. in causa regis contra regem, et ab invictis multa plena. Et hanc regam. quia pater
nunt ab invictis post ipsorum iusplacitum in fundo, tunc de his in causa regis contra regem. Et hanc regam. quia pater
q. 2. do. in causa regis contra regem. fibi abusiuè traditam, per corporalem eiusdem adprehensionem fue-
malium, id est in alium qui sit adeptus. (c)

quem in potestate trans ferre. (a) Gl. ad t. 26. §. si facta. & ibid. Aluarot. num. 6. 2. F. Sonsb. d. p. 9. num. 33.
Alaric. do. in Iur. q. 2. do. VV. def. feud. c. 8. n. 16. Myns. d. C. 4. obs. 61. Borch. d. p. 1. c. 7. n. 12. Hart. P. f. p. 2.
que. 29. Vult. def. feud. L. 1. c. 10. n. 11. (b) Quia Iure etiam communi, quando
duobus quis idem premium separatim vendidit, potior habetur is, cui prius est tra-
ditum l. quoties. 15. C. de R. V. l. si eares. §. fin. D. de act. empt. l. qui tibi. 6. C. de
hered. vel act. vend. l. 3. C. de his que à non dom. (c) Hoc enim casu, quo dominus
primo possessionem abusiuè tradidit, possessio ad eundem transit t. 33. p. 2. F.
t. 4. §. similiter. 1. F. §. interdum. Inst. de R. div. vt præter illius factum & volun-
tatem ad alium amplius transferri non possit, arg. l. 11. D. de R. I. l. nemo plus.
& l. 120. eod.

XXV.

Exposita hactenus Inuestituræ substantiæ, dispiciendum modò
de personis, quæ facere, quæ item accipere Inuestituram possint: In-
uestituram vt dominus per se vel per procuratorem facere, ita Va-
sallus eandem per se, vel per procuratorem accipere potest, (a) modò,
si fidelitas iurari debeat, procurator Vasalli ad illud præstandum spe-
ciale mandatum habeat, (b) vel omnium bonorum, cum libera ad-
ministratio procurator sit. (c)

a) text. in t. 3. §. sed virum ipse. t. 58. §. item sciendum. vers. item inuestitura.
z. F. Quibus evincitur, Inuestituram actum non esse legitimum, siquidem per
procuratorem expediri, & non pure modò, sed & sub conditione fieri possit. t. 9.
1. F. t. 35. vers. vbi verò. 2. F. & nullam verborum solemnitatem desideret, vt rectè
docet Vult. L. 1. def. feud. c. 7. n. 41. neq; deniq; symbolum aliquod requirat, arg. d.
t. 2. & t. 33. 2. F. Quæ omnia secus in actibus legitimis. l. nemo. 123. l. 72. vbi Cu-
ziac. D. de R. I. l. 2. §. 1. & l. seq. D. de offic. proc. l. manumiss. o. 23. D. de manumiss.
vind. Dis. Hotom. dis. feud. c. 13. qui Inuestituram actum legitimum, non etiam
legis actionem esse tradit. obstat. videtur & illud. Quid dominus per se, non per pro-
curatorem, emphiteutam inducere tenetur in possessionem rei emphyteutice;
argumentum autem ab emph. ad feudu in Iure probabile sit, & frequens, Euerh.
in Topic. d. loco: (b) c. vlt. de Iuram. cal. in 6. l. 17. in fin. & l. 34. §. defensor. D:
de Iure iur. lac. de S. Georg. sr. feud. in verb. Inuestiti. n. 10 p. 55. Clar. in §. feudu.
que. 49. n. 13. F. Schenck. ad t. 3. §. sed virum. 2. F. Menochr. conf. t. n. 78. vol. 1.
& conf. 426. num. 38. vol. 5. Hart. P. f. 2. que. lib. 47. n. 58. Schrad. tr. F. p. 5. c. 3.
n. 11. & p. 6. c. 4. n. 31. (c) arg. text. in c. qui ad agendum. in fin. de procur. in 6. l. 17.
§. vlt. vbi gl. D. de Iure iur. Idem sentire videtur Sonsb. def. feud. p. 7. num. 24.

Sed

XXVI.

Sed dubitatur, quid Iuris, si praesentiam Vasalli desideret dominus, an eo casu ipse met Vasallus comparere, & in propriâ personâ Inuestituram accipere, fidelitatemq; iurare sit obstrictus? Id licet communi omnium ferè Dd. calculo adprobetur, (a) tuitius tamen negantium partes sequi nos posse putamus. (b)

(a) test. lac. de S. Georg. d. prius loco. Molin. ad cons. Paris. §. 2. gl. 4. num. 37. & §. 49. n. 1. Hart. Pist d. quæ. 47. in fin. Schrad. d. p. 6. c. 4. n. 35. & D. Vult. li. 1. d. feud. c. 7. n. 32. Ratione. a. hanc assert Molyneus; quod Iuramentum fidelitatis annexam habeat reuerentia exhibitionem, quæ in ipsarum personarum praesentia fieri debet, non per nuncium, vel procuratorem secundum Bald. in l. 1. ad fin. qnæ. 56. D. de Rer. diu. & ad c. 2. exir. de ord. cog. Siue ut idem Bald. scribit, quod homagium instar aliorum omnium, que dignitatis sunt, honoris, reuerentie, aut alias sua natura personalia, corporalem requirunt praesentiam, & per alium regulariter expediri non possint l. quinquis. 16. vbi Bald. C. de Ep. & cler. l. un. §. ne autem. C. de Cad. toll. l. nullus. 60. C. de decur. lib. 10. (b) Nusquam enim feudorum placit a hanc Vasallo necessitatem imponunt, ut postulante domino in propria persona comparere teneatur, sed per disiunctam potius orationem (quod vid. Inuestituram accipere possit, per se vel per procuratorem) arbitrio Vasalli hoc ita tribuunt, ut in iusto quantumuis domino, per alium eandem accipere possit, d. t. 58. §. item. 2. F. Semper namq; duabus rebus disiunctim ^{l. 2. T. 3. §. 1. v. fad. ab init. p. 95} finitum est. ^{finis est. 2. p. 95 2. ap. p.} alicui concessis alterutrum is eligere potest, altero etiam prohibente & in iusto. §. planè solutio. Inst. de inut. stip. l. Lucius. 23. D. de Leg. 2. l. si heredi. 5. & 15. D. de cond. Inst. l. 11. l. si quis. 57. §. 1. D. de solut. c. in alternatiu. de R. I. in c. l. 125. §. fin. de verb. sig. §. 1. Inst. de Iur. person. Don. ad l. cum qui. 41. §. quoties. n. 47. D. de verb. obl. Ad hæc dd. prius locis coniunctim traditur de domino & Vasallo, quo Inuestitionis actum per procuratorem expedire possint. Cum autem de domino, quin illi Vasallum per procuratorem inuestire liceat, nullum cuiquam sit dubium, idem arbitrium Vasallo concessum esse non est ambigendum; Siquidem dominus & Vasallus sint relata, quorum natura est, ut dispositum de uno, intelligatur quoq; cautum esse de alio. Euerb. in Top. loco. à correlat. Quia deniq; in simili libertus, qui operas domino suo promittere tenetur iuramento. l. 7. in pr. D. de op. libert. l. seruum. 36. in fin. D. de manumis. test. l. 13. in pr. D. de acceptil. D. de Lib. causa, id per procuratorem expedire potest l. certum. 6. §. si quis absente. D. de confess. cur non idem Vasallo permisum esse deberet; cum maxime argumentum à liberto ad Vasallum sit probabile, & in his, quæ Iure F. expressè decisæ non sunt, sequamur ius commune, quo permittitur iuramentum iusto etiam aduersario prestare per procuratorem. t. l. §. strenuus. 2. F.
 ~~in liberum puerum~~ cuiq; ~~ad~~ cuius in negotijs l. in 29. b. h. 42. g. f. l. Sequitur puerum. ut licet in aliis pueris iuramenta vasallo puerum q; l. m. 20. l. b. n. igr. ipi. c. l. 1. o. x. H. 3. p. 2. v. r. f. l. 1. fort. t. i. ram. Regem. sonde. l. tori. n. 1. Vasallus & puerum sibi p. 6. p. in iustitia recipiat.



XXVII.

Sequitur, ut de pactis Inuestituræ (a) paucis agamus; Quæ tantum momenti habent, si adiecta Inuestituræ fuerint, ut omni feudorum naturâ potiora sint, eiq; derogent; (b) In hac autem pactorum d. s. quisitione dispiciendum; I. Quæ ratio sit cur pacta, Inuestituræ inserta, seruanda sint; II. Quæ Inuestituræ pacta licita sint; III. Si pacta Inuestituræ dubia fuerint, & obscura, qualiter eorum Interpretatio fieri debeat.

(a) Cuiusmodi pacta Iuris F. authores etiam tenorem Inuestituræ appellare solent. t. 6. §. quinetiam. i. F. t. 2. §. præterea. t. 18. in pr. & in fin. 2. F. t. 104. §. item si quis in extraord. cc. Item legem inuestituræ. t. 48. in pr. 2. F. (b) d. t. 18. & t. 48. in pr. 2. F. Hinc illæ in feudis Dd. Maxima; Quod semper recurrendum fit ad tenorem Inuestituræ, Laud. ad t. 1. in pr. col. 1. li. 1. las. conf. 136. num. 2. vol. 4. Quodq; tenor Inuestituræ ante omnia obseruari, & ne quidem in minimo debeat ab eo recedi, per text. d. t. 104. §. item si is. §. sermonem. in extraord. cc. Hart. Pist. lib. 2. q. 21. num. 1. Bald. ad t. 24. §. deniq; 2. F. Curt. sen. conf. 49. & Rom. conf. 43. Incip. visio Inuestituræ tenore.

XXVIII.

Ad rationem quod attinet, cur pacta Inuestituræ seruanda sint. Etsi communiter Interpretes hanc ex Iure ciuili rationem afferrant; Quia Inuestitura sit contractus (a) innominatus, (b) stricti Iuris, (c) pacta inuestituræ adiecta, si liberatoria sint, pacientem ipso iure liberare; (d) si obligatoria fuerint, pacienti actionem non parere; (e) Nos tamen illa reiecta, (f) hanc iuris huiusrationem asserimus, cum istiusmodi pacta, traditioni possessionis rei feudalis (quæ inuestituræ pars est potissima,) (g) inferantur, fieri, ut non pacti solummodo, sed & contractus nomine censeantur, eoq; pacienti præscriptis verbis actionem pariant. (h)

a) cum sit negotium aliquod, siue quidam actus, quo dominus rem feudalem Vasallo conedit, t. 2. in pr. t. 33. in pr. 2. F. & Vasallus vicissim domino fidelitatem promittit. t. 3. in fin. t. 4. t. 7. in fin t. 24. §. est & alia. 2. F. Ex quo negocio si Vasallus fidem datam non seruet, competit domino ad repetendum feudum condicione causa dati, causa non secura. t. 21. i. F. proindeq; etiam præscriptis verbis actio ad præstandam fidem & seruitia debita, quæ cum illa priori concurrit l. naturalis. 5. §. & siquidem. §. seq. ff. de pref. verb. atq; contractum innominatum arguit. l. 2. iuncta. l. 3. ff. d. t. (b) facio scilicet vt facias. Tradit enim Vasallo in feudum rem suam dominus, ut ille vicissim fe

primus suum nomen q; proprio loco fidem & seruitia præstet, vid. Bald. ad l. 7. n. 7. D. Qn. lic. ab. empt. lo multi alii q; patit. ap. go. q; q; no. itaq; disced.

disced. (c) Est enim inuestitura contractus innominatus; facio ut facias; ex
contractibus autē innominatis estimatoriis tantum, & permutationis contra-
ctus, bonæfidei sunt. S. actionum autem, Inst. de Act. Huc sacit & illud, quod do
natio, qualis plærung^z feudi concessio est, stricti iuris sit negotium l. eum qui 22.
ff. de donat. & ita sentiunt post alios Aluarott. ad t. 1. in pr. n. 4. vers. item
quod. 2. F. Curt. Iun. tr. f. p. 1. q. 9. n. 3. Clar. in S. feudum, q. 6. Zaf. in Ep.
feud. p. 1. in fin. Laur. Syl. de feud. recog. q. 4. Cacher. decis. Ped. 23. n. 14.
Mud. cons. II. n. 11. vol. 4. Var. cons. Ic. Germ. Mot Z. de orig. feud. n. 21. At
obst. quod feendum ex fide & beneficio proficiscitur, ut proinde etiam bonæfidei
non stricti iuris contractus esse videatur. (d) l. lecta. 40. vers. dicebam. iuncto
vers. sed cum fortis. ff. de reb. cred. Cuiac. in comment. ad lib. 3. q. Pauli. p. 69.
Donel. ad l. in bonæfidei. 13. n. 12. C. de pact. (e) Illud enim solummodo pa-
ctum, quod in continentibonæfidei contractui adiicitur, obligationem & actio-
nem producit, l. 7. §. quinimò. ff. de pact. d. l. in bonæfidei. non etiam quod stricti
iuris contractui adponitur, l. si tibi. 17. in pr. d. t. l. rogasti. 11. § si tibi dedero
ff. de Reb. credit. (f) pactum enim obligatorium in ipsa inuestitura interpo-
litum pacienti ad actionem prodest, text. in t. 1. §. cum verò. vers. sin autem. ib. m̄ for.
t. 6. §. quinetiam. t. 8. §. vlt. t. 20. 1. F. t. 18. & t. 50. 2. F. cum tamen iure ci-
uili stricti iuris contractui pactum, etiam in continent adiectum, actionem non
pariat, ut ostensum est ad lit. præced. (g) Inde fit, ut illa ipsa traditio specia-
liter inuestitura dicatur, t. 2. in pr. t. 33. in pr. 2. F. vt suprà th. 19. lit. a. (h) l.
rebus. 6. C. de rer. perm. iuncta l. 2. & 3. ff. de præs. verb. l. 1. ff. de estim.
act. Pactum igitur rei feudal traditioni insertum, et si pactum sit, si per se
solum spectetur, contractus tamen nomen assumit, quia rei traditioni adiici-
tur, & cum ea coniungitur, l. vlt. C. de rer perm. l. 1. C. de pact. conuent. l. 10.
C. de pact. Cuiac. lib. 11. obs. 17. in fin. & li. 14. obs. 28. in fin. & in comment ad
li. 10. q. Pap. p. 243. Ideoq; etiam ad obligandum, & actionem producendam
efficax. l. in traditionibus. 48. vbi Ias. ff. de pact. l. 10. & 11. C. de pact. siue rei
traditionem præcesserit, siue subsequutum fuerit. l. vlt. C. de rer perm. l. 1. C. de
pact. conu. Cuiac. d. obs. 18. in fin.

XXIX.

Vt verò dignosci possit, quæ pacta inuestituræ licita sint, vel non,
distinguendum est, inter substantiam feudi, & feudi naturam.

Quamvis enim Duar. ad l. 7. §. quinimò. vers. idem R. ff. de pact. Cuiac. in
præf. feud. & in com. in l. 9: q. Pap. p. 209. & 242. Borch. de pact. c. vlt.
n. 56. & D. Vult. li. 1. de feud. c. 7. n. 55. inter substantiam alicuius rei vel ne-
gotij minime distinguendum, sed indifferenter pro uno & eodem illa accipi

ll 3: debere

debere velint, per text. s. adeò autem vers. sed talis contractus. inst. de locat. & conduct. §. de illa, vers. Q. Mutius. inst. de Societ. quibus locis per naturam contractus substantiam significari scribunt; ingens tamen discriminē esse inter hæc duo, ex seqq. apparebit manifestius.

XXX.

Substantia cum sit res ipsa, per formam suam, siue causam formalem ita existens, ut, mutatâ formâ, rem ipsam interimi, penitusq; tolli, & perire necesse sit; (a) Pactum inuestituræ, ad substantialem feudi formam, (quæ est mutua fidelitatis præstatio domini & Vasalli) (b) perimendam a diectum, ratum & licitum non est. (c)

a) l. Iulianus. 9. §³. sed si quis. ff. ad exhib. l. i. in fin. C. de iur. emph. l. 72. in pr. vers. & quoniam. ff. de contrah. empt. iuncta l. 3. in pr. ff. de oblig. & act. Bald. ad l. 6. n. 10. C. de execut. rei iudicat. (b) t. 5. t. 6. §. vlt. t. 7. 2. F. Quam mutuam obligationem interpretes substantiale feudi appellant, Aluariot. ad t. 24. §. est & alia. n. 6. 2. F. Curt. lun. tr. F. p. 1. c. 7. n. 30. Zaf. in epis. F. p. 1. in fin. Schrad. de feud. p. 2. t. 2. n. 24. (c) arg. d. l. 9. §³. sed si quis. ff. ad exhib. & simil. Et quod ex legitimâ rerum formâ, priuatorum conuentione nil quicquam immutari posse, apparet etiam ex l. nec ex prætorio. 27. ff. de R. I. idq; in specie de pacto contra substantiale feudi formam adiecto scribunt & docent Duar. de feud. c. 2. n. 3. Sonsb. p. 2. n. 34. Cuiac. in præf. feud. ad fin. & Io. Borch. de feud. c. 1. n. 20.

XXXI.

Sed quæritur, an etiam de feudi substantia sit, vt feudum constituantur in re immobili, vt item dominus proprietatem rei feudalis retineat, vtq; Vasallus non teneatur ad præstanda domino seruitia? Quod negamus, & consequenter feudum in re etiam mobili constitui, (a) tali item pacto concedi posse, vt illius proprietas ad Vasal- lum transeat, (b) isq; nullum pro eo seruitium præstet, indubitanter asserimus. (c)

a) de pecunia enim (quæ res est mobilis, Nou. 22. c. & quia. vers. si vero) quod recte concedatur iure feudi textus habetur expressus in t. 8. in pr. t. 25. 2. F. ut locum illum virumq; accipendum esse scribunt lac. de Ardz. in Ep. F. c. 27. Afflict. ad t. 1. §. sciendum. n. 28. 2. F. M. Mot. de Fend. c. de reb. quæ in feud. dant. n. 17. vers. secundò fallit. Hotom. ad t. 8. & t. 25. 2. F. Certi item iuris, quod ususfructus, cuius instar est feudum, t. 23. §. vlt. 2. F. constituit etiam pos- fit in re mobili, §. constituitur autem, inst. de usufr. l. 3. §. constituitur. ff. d. t. cum itemq; res immobilis commune feudi subiectum sit (~~& censu~~, in quo vt qua- litas

litas quedam inhæret) cum usufructu, Emphyteusi, & censu t. 1. §. sciendum.
 2. F. S. 1. inst. de usufr. l. 2. ff. eod. res certè immobili feudi forma siue substantia esse nequit, siquidem forma sua tantum speciei essentialiter sit propria, non communicabilis cum disparatis speciebus alijs, & denique quia cuiusvis speciei substantia non ex re subiecta, sed ex materia & forma conficitur, materia autem feudi est ius in re quadam; forma autem siue substantia illius mutua fidelitatis obligatio domini & vasalli, efficitur, ut quotiescumque tale alicui ius in re etiam mobili sub fidei feudalitatem conditione & lege conceditur, toties etiam feudum in illa re constituatur; Cui enim rei formam substantiam tribuimus, eidem etiam speciem ipsam tribuamus necesse est, & hanc eandem sententiam ex interpretibus defendunt, Iac. de Ardiꝝ. in epist. feud. c. 26. in fin. Hotom. ad tit. 8. & tit. 25. 2. F. sed Diff. Dd. communiter omnes, quos refert & sequitur D. Vult. lib. 1. c. 7. num. 55. part. 207. per text. tit. 1. §. sciendum. 2. F. vbi expressè IC. scribit feudum non nisi in rebus soli, aut solo coherentibus, aut ijs quæ inter immobilia connumerantur, consistere posse: & text. t. 23. §. vlt. 2. F. Quo loci in definitione feudi ibid. proposita merito tantum fit rei immobilis. (b) Ita Bald. in l. si plures. n. 7. C. de cond. insert. l. vn. n. 67. C. de confess. Ias. in prælud. num. 14. Curt. Iun. de feud. part. 1. c. 7. num. 22. Mol. ad conf. Paris. tit. 1. Gl. 1. in fin. pr. Zas. de feud. part. vlt. circ. fin. p. 122. Schrad. de feud. p. 2. c. 2. n. 29. Quod item substantia feudi non aduersetur proprietati translatio, vel inde etiam appareat, quod in præcedentibus ostensum est, pecuniam in feudum dari posse; item ex eo, quod Vasalus suum feudum alij in feendum concedere potest, qui tamen illius proprietatem non habet. t. 3. §. sed etiam. t. 9. in pr. t. 55. §. vlt. vers. illud quoq. 2. F. Curt. d. loco. n. 8. & 30. Aluarot. ad t. 24. §. est & alia. n. 6. 2. F. (c) text. express. in t. 104. in fin. pr. in extraord. cc. vbi disertè traditur, feendum hoc pacto concedi posse, ut nullum pro eo seruitium domino fiat. Idem scribit And. de Iser. ad t. 22. 23. §. item qui. n. 35. 2. F. Math. de Afflict. in prælud. F. n. 66. Curt. Iun. d. tr. p. 1. c. 7. n. 78. Schrad. p. 2. c. 2. n. 33.

XXXII.

Naturam feudi & pacta eandem concernentia quod attinet, dispiciendum, tum quod & quotuplex ea sit, tum quæ pacta circa naturam feudi facta valeant.

XXXIII.

Natura feudi est accidens aliquod, siue adiuncta quædam feudi qualitas, iuris autoritate absq; domini & Vasalli conventione ipsi feudo tributa (a) estq; tum propria vel impropria; (b) tum inseparabilis, vel separabilis. (c)

a) t. 7.

a) t. 7. l. F. t. 48. & t. 50. 2. F. l. 7. §. quinimò. vers. idem R. l. 27. §.
pactus. vers. quotiens. ff. de pact. l. ex empto. n. in pr. ff. de act. empt. l. s. §. sed
sifacio. vers. & potest. ff. de pres. verb. (b) d. t. 48. 2. F. (c) Id quod manife-
stum fiet ex seqq.

XXXIV.

Propria feudi natura est communis quædam siue consueta, re-
gularis, ac usitata feudi qualitas, (a) quâ ipsum feudum propriè
feudi iure censetur & estimatur; (b) Veluti, ut feudum inter viuos
constituatur per inuestituram, (c) in re immobili, veleâ, quæ inter
res immobiles connumeratur, (d) ut feudi proprietas penes domi-
num remaneat, ususfructus verò ad Vasallum transeat, (e) eiusque
heredes masculos, (f) legitimè natos, (g) in perpetuum, (h) ut
Vasallus in accipienda inuestiturâ fidelitatis iuramentum præstet,
(i) & seruitia postmodum personalia domino suo, feudi illius nomi-
ne, exhibeat, (k) ut Vasallus, absq; domini consensu (l) feudum
alienandi, oppignorandi, aut per ultimam voluntatem de eo dispo-
nendi, nullam potestatem habeat, (m) & deniq; , ne sine culpâ suâ
Vasallus feudo priuetur, (n) & si illud in manum domini quan-
tumuis inuiti refutare licite possit. (o)

a) t. 2. §. præterea. 2. F. fac. l. i. in fin. C. de pact. pig. (b) t. 1. §. vlt.
1. F. t. 48. 2. F. cuiusmodi feudi natura describitur maximè sub t. 23. §. vlt.
2. F. teste Curt. Iun. p. 1. c. 7. n. 28. & 30. (c) t. 25. 1. F. & d. t. 1. in fin. 2. F.
(d) t. 1. §. vlt. t. 23. §. vlt. 2. F. Zaf. de F. p. vlt. in pr. vers. præterea. Curt.
Iun. d. n. 28. & 30. (e) t. 8. §. vlt. t. 23. in fin. 2. F. (f) non etiam ad fœ-
minas, t. 50. in pr. 2. F. (g) non ad naturales aut adoptiuos. t. 26. §. adopti-
uus, & §. naturales filij. ~~ead~~. (h) t. 23. in fin. t. 50. in pr. 2. F. (i) t. 3. §.
vlt. t. 24. §. est & alia. 2. F. (k) t. 21. in pr. vers. vel si dominus. 1. F. t. 24.
vers. sed non est alia. t. 23. in fin. t. 36. vers. quædam. t. 55. §. firmiter. 2. F.
sed an improprium efficiatur feudum, si pacto caueatur, ut præter seruitia con-
sueta, aliud aliquod seruitium Vasallus præstet, queritur? quod negamus; in
omnibus enim bonæfidei contractibus, naturalibus eorum qualitatibus adjici
per pacta possunt aliae quædam aduentitia qualitates, l. contractus. 23. §. sed
hæc ff. de R. I. Nec tamen usquam contractus illi improprij propterea dicuntur,
ut proinde, neq; feudum ex aduentitiâ istiusmodi qualitate, improprium dici
debeat; Uves, de feud. c. 2. n. 10. Schrad. tr. F. p. 2. c. 4. n. 14. & seqq. (l) vel
adgnatorum etiam, si paternum fuerit feudum. t. 39. in pr. 2. F. (m) t. 9.
tit. 25.

353.

D I S P U T A T I O X I V.
t. 25. pr. vers. horfaluſtag, et t. 55. pr. v. habito ergo consilio 23
t. 25. pr. vers. horfaluſtag, ergo consilio, 2. F. t. 8. in pr. lib. eod. (n) t. 7. & t. 21.
t. F. (o) t. 38. & 39. in fin. pr. 2.F.

XXXV.

Impropria feudi natura est quædam qualitas, à communi siue
consuetâ feudorum ratione recedens, & prorsus aliena; cuiusmodi
naturam habet feudum, quod absque inuestiturâ, per præscriptio-
nem adquisitum est; (b) feudum item quòd constitutum est in re
mobili; (c) feudum cuius proprietas ad Vasallum transit; (d) feu-
dum ob quod Vasallus fidelitatem iurare non tenetur; (e) feudum
Guardiæ & Gastaldiæ; (f) feudum habitationis; (g) feudum Sol-
daræ; (h) feudum aduocatiæ, si personale sit, & certi alicuius pro-
tectoris tantum; (i) feudum in quod fœmina succedit; (k) feu-
dum francum; (l) feudum pro quo ex insolitis, vel solitis seruitijs
feudalibus, certum duntaxat & determinatum præstatur seruitium;
(m) feuda denique Cameræ & Caneuæ, si fuerint gratuita, id est,
sub nulla fide feudalitia, aut seruitiorum præstandorum onere
concessa. (n)

- a) t. 2. §. præterea. & t. 48. 2. F. Omne autem feudum propriam feudi
naturam habere censetur, nisi ſpecialiter, vel feudorum placitus, vel domini
& Vasalli conuentione, nominatim ea detracta fuerit, t. 23. §. vlt. iuncto.
t. 2. & t. 11. 1. F. Zaf. in Ep. F. p. vlt. Mol. ad conf. Paris. t. 1. §. 30. in fin.
(b) t. 25. 1. F. d. t. 1. in fin. 2. F. & Feudum præscriptione adquisitum, im-
proprium eſſe feudum, patet ex hiſ, quæ latius deducta ſunt ſuprā, in alleg. ad
th. 6. propè fin. (c) arg. d. t. 1. in fin. & t. 23. in fin 2. F. (d) arg. d. t. 23.
2. F. Sic propria uſuſructus natura, ut proprietas ad fructuarium non perti-
tineat, §. 2. & §. ne tamen. inst. de uſuſr. l. 3. §. ne tamen. ff. d. tit. vnde &
g. ſue improprius dicitur uſuſructus, ſi proprietas rei fructuarie ad uſuſructuarium
tranſeat, l. 2. §. 1. ff. de uſuſr. ear. rer. quæ uſ. consum. (e) t. 3.
§. vlt. t. 24. §. eſt & alia. 2. F. (f) Hac enim feuda anno finiuntur, t. 2. in
pr. 2. F. (g) Accipientis ſiquidem morte per quæ finit. d. tit. 2. in pr. 2. F.
(h) tum quia morte dantis vel accipientis interueniente, expirat; tum quia
gratuitò, abſq; ſeruitiorum obligatione, ſub ſola fidei promiſſione conceditur
t. 10. in fin. 2. F. quæ omnia ſunt de impropriâ feudi naturâ. t. 25. in pr. vers.
licet tamen. 1. F. proprium ſiquidem ſeudum datur in perpetuum, & pro præ-
ſtatione ſeruitiorum, t. 23. in fin. 2. F. (i) Quamuis enim de hoc aduocatiæ
feudo generaliter & indiſtinctè tradant interpretes, quòd ſit improprium,
Aluarott. lac. de S. Georg. Zaf. in Ep. f. p. vlt. Schrad. de feud. p. 2. c. 4.

mm

n. 20.

GLASSIS QVARTÆ

24

End has unica 26. in p. finit. n. 24.
 fons dū p. prim. ad 24. t. 20. & 23. Quia tamen pro armato maximè patrocinio conceditur, wegen
 immobilit. utika aduocatio n. 17. Schuhs vnd Schirms / quod armatum, militare, & bellicum seruitium,
 immobilit. End incorporell. in p. regulare & ordinarium Vasalli munus est. tit. 21. 22. & 26. S. beneficium.
 immobilit. deß in fons dū p. 24. omittat aduocatio grata

tit. 30. S. ex hoc illud. tit. 36. tit. 55. S. firmiter. 2. F. Neque aduocatus siue
 protector feudo aduocatio, præsentim si id hereditarium sit, priuari possit,
 nisi malitiosè vniuersitati, vel collegio, à quo feudum illud possidet, difficul-
 tates quasdam inferat, c. in quibusdam, extra. de pœn. c. præterea. de iur. pa-
 tron. t. 27. S. quicunq. 2. F. proprium id esse feudum regulariter, verius est,
 nisi personale sit, id est, certotantum alicui protectori concessum, quo casu illud
 impro prium esse feudum vel inde constat, quia si proprium esset, ad primi ad-
 quirentis heredes transiret. tit. 23. in fin. 2. F. (k) Idque vel ex pacto, vel
 quia feudum est fæmineum, id est, à fæmina primitus acquisitum: illud
 autem impro prium esse feudum arguit tit. 23. in fin. tit. 50. in princ. 2. F.
 (l) Siue liberum, pro quo nullum præstatur seruitium. t. 21. in pr. vers. vel
 si dominus. 1. F. t. 24. S. sed est & alia. t. 23. in fin. t. 36. t. 55. S. firmiter. 2. F.
 (m) Quale feudum est illud, pro quo Vasallus cum uxore domini ad Ecclesiam
 ire tenetur, de quo seruitio textus est in t. 2. S. præterea. 2. F. seruitium item,
 quod Nobiles de Mansfelder / pro suo feudo Archiducibus Austriae præstant,
 vt quod tempore hostilitatis, claves ad oppidum Enkheim / tanquam ad Ca-
 meram Archiducalem retinere, portas claudere & aperire tenentur, cuius me-
 minit. Zaf. Ep. f. p. vlt. Qualia item sunt feuda aulica, die Hosslehen / ut
 que Principum Dapiferi, Pincerna, Mareschalci, Camerarij, pro suo eius-
 modi officio possident; Feudum item Castrense, vulgo Burglehen / quod da-
 sum est ad hoc, vt Vasallus belli & hostilitatis tempore, dominum iuuet in certo
 aliquo oppido, vel castro defendendo. Bellicum enim, id est, armatum ser-
 uitium, proprium est munus Vasalli, & quidem indeterminatum d.t. 23. in
 fin. 2. F. Istiusmodi vero feudum, pro quo certum tale & determinatum præ-
 statur seruitium, interpretes conditionatum, & conditionale appellant feu-
 dum ad tit. 21. S. fin. 2. F. tit. 75. in extraord. cc. Sonsb. de feud. part. 4. n. 40.
 (n) Tunc enim feuda erunt impro priæ; natura siquidem feudi propriasit,
 vt detur sub obligatione seruitiorum: quod si vero feudum Camere vel Cane-
 uæ simpliciter ad fidem feudalitatem, & seruitia prestanda sit concessum, pro-
 prium erit feudum, cum propriam naturam feudi habeat, cui nominativum con-
 uentione domini & Vasalli nihil est detractum, quod fieri necesse foret, vt im-
 proprium esset, t. 23. S. vlt. iuncto. t. 2. in pr. & t. 11. 1. F. t. 26. S. feudum.
 & t. 48. 2. F. & scribunt Curt. Iun. de feud. p. 1. l. 6. Zaf. in Ep. F. p. vlt.
 Sonsb. de feud. p. 4. n. 6. Molin. ad cons. Paris. t. 1. S. 30. in fin.

Dicen-

XXXVI.

Dicendum nunc de separabili & inseparabili feudi natura: Inseparabilis feudi natura dicitur, quæ ita feudo coniuncta est, ut ne quidem partium conventione ab eo separari queat; Qualis est, quod inuestiturā tantum, feudum proprium inter viuos constituitur; (a) Quod ex L. commissoriā feudum non adquiritur; (b) Quod fructus rei feudalnis ad Vasallum pertinent; (c) Quod Vasallus ob feloniam feudo priuatur; (d) Quodq; tributum & censum prædij feudalnis fisco soluere tenetur. (e)

a) text. int. 25. in pr. 1. F. & r. 1. in fin. 2. F. (b) t. 27. in pr. 1. F. t. 51. §. pen. 2. F. fac. l. vlt. C. de pact. pig. (c) t. 23. §. vlt. 2. F. vsusfructus enim si adimatur, totum ius adimi videtur. l. 14. §. vsusfructus. ff. de vs. & habit. (d) t. 26. §. domino. t. 37. & t. 47. 2. F. Est enim feloniam Vasalli. quoddam illius scelus, quod scelus, si in perfidia in dominum consistat, ideo p. acto remitti nequit, quia esset hoc pactum contra substantiam feudi, (obligationem scilicet fidei) & proinde irritum; Sin id scelus consistat in quodam alio doloso Vasalli delicto, p. actione ideo remitti non potest, quod nulla p. actione effici queat, ne dolus futurus p. astetur. l. 27. §. illud. ff. de pact. l. illud. 5. ff. de pact. dot. l. 23. §. sed hæc ita. vers. excepto eo. ff. de R. I. l. 17. in pr. ff. commodati. Et ratum non esse pactum, quo feloniam remittitur, in specie tridunt lac. de S. Georg. in verb. qui quidem inuestiti. num. 71. l. 1. in l. vlt. num. 8. C. de pact. & in proæm. F. num. 27. Curt. Iun. de F. p. 1. c. 7. num. 3. etiam si iuris iurandi religione fuerit munitum. l. 5. C. de LL. l. 7. §. genera- liter. ff. de pact. cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis. c. quanto extra de iure iur. & contra bonos mores p. astitum, non sit obligato- riū. c. non est obligatorium. de Reg. Iur. in 6. & deniq; quia iuramentum, tan- quā accessorium, assumit naturam principalis, cui accedit, l. vlt. C. de non num. pes. Gail. lib. 2. obs. 42. n. 4. (e) pacto enim effici nequit, vt is qui prædij pos- sessionem in alium transfert, tributum ex eo soluat, non ille, qui posses- sionem illius prædij accipit, l. 1. 2. & 3. C. Sin. cens. vel reliq. fund. comp. non posse.

XXXVII.

Separabilis feudi natura est, quæ partium, puta domini & Va- salli conventione, feudo detrahi potest, qualis est non modò propria feudi natura, sed & impropria, de quâ specialiter (quod à feudo per inuestituræ pactum separari nequeat) nihil est cautum & consti- tutum.

CLASSIS QVARTÆ
XXXVIII.

Ad pacta quod attinet, quæ in inuestitura circa naturam feudi fiunt, illa vel feudo naturam suam detrahunt; vel feudi naturæ aliquid insuper adiiciunt.

Sic alias etiam, pacta negotio alicui inserta, vel quid detrahunt ipsi negotio, de eius naturâ, vel quid illi adiiciunt l. pacta 72. in pr. de contrah. empt.

XXXIX.

Pacta, quæ feudo naturam detrahunt, valida sunt, si fiant de separabili naturâ feudi, tam propriâ (a) quam impropriâ; (b) pacta verò de remouendâ inseparabili naturâ feudi, inuestituræ adiecta, vt illicita rei ciuntur, saluâ & substantiâ & naturâ feudi. (c)

(a) Sic propria feudi natura illa, vt in feudum detur res immobilis, vt rei feudalis proprietas penes dominum remaneat, pacto remoueri, & effi i potest, vt feudum constituatur in re etiam mobili, vt q̄ cum usufructu proprietas etiam illius ad Vasallum transeat, per alleg. ad th. præced. Similiter pacto caueri potest, vt deficientibus masculis, fæmine quoque ad feudi successiōnem admittantur, tit. 1. §. hoc autem. tit. 8. §. vlt. tit. 14. §. vlt. 1. F. Ut q̄ in feudum nouum, adgnatus adgnato, puta frater fratri sine mascula prole morienti succedat, tit. 1. §. cum. vers. fin. verò tit. 8. §. vlt. vers. in alio verò. tit. 14. §. vlt. tit. 20. 1. F. tit. 12. in prin. vers. nisi facta. tit. 18. 2. F. Cum tamen propria feudi natura sit, vt masculi tantum heredes, ex primo acquirente descendentes, non etiam aliij transuersales in eo succedant: sic deniq; et si propria sit feudi natura, quod Vasallus absque domini voluntate feudum alienare nequeat, vtque domino seruitia præstare obnoxius sit, inuestituræ tamen pacto caueri potest, vt sine consensu domini Vasallus feudum alienandi potestatem habeat, vt q̄ nulla penitus domino seruitia præstet, tit. 26. §. feudum. tit. 48. 2. F. tit. 104. in fin. prin. in extraord. cc. (b) Sic feudo Guar diae item Castaldia (quæ impropriam feudi naturam habent, quia transacto anno dominus Vasallo illa auferre potest) inuestituræ pacto impropria illa natura detrahi & caueri potest, vt Vasallus etiam ultra annum ad certum usq; tempus, puta ad biennium, vel decennium, tale feudum possideat. tit. 2. in pr. 1. F. Etsi verò feudo quedam illius propria vel impropria natura separabilis, per inuestituræ pactum detrahatur, in reliquo tamen suā naturam retinet, & ex eo nihilominus, proprij vel improprij feudi iure estimatur; sic quamvis ex inuestituræ pacto Vasallo, feudum suum nouum, in quemvis extraneum, sine domini consensu alienare liceat, attamen retinet feudum illud naturam suam.

hanc,

Hanc, quod Vasallus illo priuatur, ex ceteris causis, ex quibus feudum amittitur.
t. 26. §. feudum. t. 48. vers. qualitercung. 2. F. (c) texti. in l. cum precario. 12.
in pr. D. de precar.

XL.

Pacta quæ feudi naturæ quid adiiciunt sunt, per quæ ad qualitatem feudi, de Iure ipsi tributum, aliquid amplius additur; Veluti si conueniat inter dominum & Vasallum, ut propter delictum filij, pater etiam feudum amittat; (a) Item, ut dominus etiam Vasallo scienti, rem alienam in feudum concedens, euictionem præstet; (b) ut contra omnes homines Vasallus domino fidelitatem iuret; (c) Utq; Vasallus feudum pro se & suis heredibus habeat; (d) Quorum illa priora I. F. recepta, eoq; licita, (e) hoc posterius, ab interpretibus magis excogitatum, & communī usū receptum, quam I. F. auctoritate comprobatum est. (f)

(a) Quale pactum & si illicitum dicant Bald. ad l. 1. num. 12. C. de his quæ pen. nom. Ias. in §. actionum. num. 87. Inst. de act. Matth. de afflct. ad t. 55. §. insuper. num. 7. 2. F. Iac. de S. Georg. in verb. qui quidem Inuestiti. num. 62. Ratum tamen id esse, & valere, satis vel inde constat, quod efficaciter quis pœnam alicui promittere possit, si tertius quipiam quid fecerit vel non fecerit, l. stipulatio. 38. §. si quis. de verb. oblig. Quod item quilibet licentiam habeat, renunciandi his, quæ pro se introducta sunt l. 51. C. de SS. EE. l. pen. C. de pact. l. 41. D. de Minor. & deniq; quod in causis criminalibus, maximè in quibus pœna pecuniaria reo imponenda est, fideiussor pro ipso reo admittitur l. 1. 2. & 3. D. de Cust. reor. l. græcè. 8. S. sed et si l. si quis. 56. §. vlt. l. si à reo. 70. §. vlt. D. de fideiuss. Couar. lib. 2. var. ref. cap. 9. num. 8. Menoch. de arbitr. Iud. quest. lib. 2. C. 4. cas. 303. vbi pluribus ostendit non esse omnio iniustum, ut quis puniatur ob alterius delictum & culpam. (b) Nam citra pactionem illam, hoc casu non prestatur euictio. t. 8. in pr. 2. F. l. si fundum. 27. C. de euict. (c) Qualis Vasallus plura feuda à diuersis dominis habere nequit. t. 52. §. Satis bene. 2. F. hactamen ipsius generali fidelitatius promissione, semper excipitur Imperator, Rex, Pontifex item Romanus, t. 7. t. 55. in fin. 2. F. t. 100. in extraord. cc. c. venientes. extr. de Iure iur. Etsi verò Vasallum & feudum huiusmodi ligium appellari, idq; ab eo tantum concedi, quis superiorēm non recognoscit, velint Duar. de feud. c. 4. num. 3. Cuiac. lib. 5. ad Const. Fr. de prohib. feud. al. Borch. d. c. 4. num. 22. & alij alibi, per text. t. 99. in extraord. cc. & gl. in c. pastoralis. §. rurus non est, in verb. homoligius. t. de sent. & re. Iud. in Clem. Errone tamen ducuntur, si quidem is etiam Vasallus dicatur homoligius, qui à diuersis domi-

Vix p[er] pontificem est superioris f[ac]tus: nam in cl. c[on]f. pastoralis s[ecundu]m i[n]q[ui]stitionem sent. & re iudic. in clem. Quo loco Rex Siciliae, Pontificis Vasallus ligius dicitur, in Imperium i[n]dicates. neq[ue] ita dicitur qui tamen & ab ipso Pontifice, & ab Imp. Rom. Henrico, terras aliquas in h[ab]itu potius de papo de ligio n[on] in imperio. cu[m] et papae arrogantia i[n]p[ar]feudum tenebat; Idemq[ue] euincitur ext. 52. S. satis bene. 2. Feud. & Hotom. in papo entralig.

n[on] feuda diuersa possidet, text. express. in d. c. pastoralis. §. rursus. de cl. c[on]f. pastoralis s[ecundu]m i[n]q[ui]stitionem sent. & re iudic. in clem. Quo loco Rex Siciliae, Pontificis Vasallus ligius dicitur, in Imperium i[n]dicates. neq[ue] ita dicitur qui tamen & ab ipso Pontifice, & ab Imp. Rom. Henrico, terras aliquas in h[ab]itu potius de papo de ligio n[on] in imperio. cu[m] et papae arrogantia i[n]p[ar]feudum tenebat; Idemq[ue] euincitur ext. 52. S. satis bene. 2. Feud. & Hotom. disp. feud. c. 7. vbi ligium hominem eum appellari ostendit, qui se omnimod[em] Jurisdictioni alterius subiecit, et si Vasallus illius non sit. (d) Cuiusmodi feudum hereditarium appellant, arg. l. 5. D. de Rel. & sumpt. fun. Soarez. in th. rec. sent. sub lit. F. num. 57. Clar. in §. feudum. quæ. 9. & alij quos recenset Borch. de feud. c. 3. num. 16. H. P[ro]st. li. 2. quæ. 1. num. 1. Siue illud simpliciter Vasallo sit concessum, pro se & suis heredibus, Couar. lib. 2. V. ref. c. 18. num. 5. Rol. à vall. cons. 23. num. 44. vol. 1. cons. 10. num. 18. N. 3. Pin. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 3. num. 82. Myns. obs. 2. C. 4. Siue datum fuerit Vasallo, eiq[ue] filiis & heredibus masculis, vel Vasallo & heredibus feudali- bus, ex illius corpore legitimè descendenteribus, Clar. d. §. feudum. quæ. 9. Couar. d. c. 18. num. 3. Hart. P[ro]st. lib. 2. quæ. 3. num. 6. 22. 42. & 58. eiq[ue] opponunt feudum ex pacto & prouidentia, id est, feudum illud de quo Vasallus simpliciter & nulla heredis mentione facta fuit inuestitus, Hart. P[ro]st. d. quæ. 1. num. 17. & 75. Myns. ob. 2. C. 4. (e) per prius allegata ad litt. a. b. c. (f) Nus- quam enim illud pactum, vel petita inde feudi distinctio, in libro F. adprobata legitur, quin potius I. F. authoritas eandem planè reprobat, vt pluribus ostendit Hart. P[ro]st. d. quæ. 1. Gail. lib. 2. obs. 154. num. 20. eandemq[ue] magistralem & commentitiam esse, scribit Pinel. ad l. 1. C. de bon. mater. Heredis enim nomen, in libris F. significat heredem sanguinis, & quidem filium heredem, non here- dem allodialis hereditatis t. 13. §. & si clientulus. t. 19. §. vlt. t. 20. 1. Feudor. t. 34. §. similiter. vers. profecto illi. & t. 49. 2. F. Quia tamen predicta feudi distinctio in praxi & longo vsu communiter est recepta, vt feudum heredita- rum sit & estimetur iure hereditario, & pro re allodiali, Mart. Frex. lib. 3. diff. 6. in fin. & diff. 16. n. 1. diff. 20. n. 1. proindeq[ue] in petitionem hereditatis veniat, Camer. ad t. de prob. feud. al. per Fr. 5. præterea Ducatus. 2. F. & im- putetur in legitimam, Frex. d. L. 3. diff. 14. & de illo recte testetur Vasallus; Curt. Iun. tr. F. p. 4. num. 130. Feudum autem ex pacto & prouidentia sit, quod successores defuncti Vasalli adquirunt, non tam ab ultimo defuncto, iure ihereditario, quam ex pacto primi adquirentis, & prouidentia domini conceden- tis, qui illud uniuersi agnato ad eius vitam ita donasse intelligitur, vt in eore- liquis adgnatis, feudi successoribus, præjudicare non possit, Cam. d. loco p. 769. & H. P[ro]st. d. quæ. 1. num. 10. 25. & seqq. propter hanc illius utilitatem & cu- insq[ue] speciei diuersum effectum eam retinere consultus est. His perrò pactis ad- iacentijs.

Fiducia p[er] exp[er]iencia, ut ex fandi n[on] me hereditario, quæ ex pacto primi adquirentis, & prouidentia domini conceden- tis, qui illud uniuersi agnato ad eius vitam ita donasse intelligitur, vt in eore- liquis adgnatis, feudi successoribus, præjudicare non possit, Cam. d. loco p. 769. & H. P[ro]st. d. quæ. 1. num. 10. 25. & seqq. propter hanc illius utilitatem & cu- insq[ue] speciei diuersum effectum eam retinere consultus est. His perrò pactis ad- iacentijs.

ipso gentibus quidam illud etiam annumerant, quando agitur, ut lite a domino contra vasallum mota, nuda assertione domini stetur; Eam item Inuestitura conventionem, ut domino liceat vasallum in casu non praestiti seruitij, per literas diffamatorias, in publico loco intimatas, traducere, aut voce illi probrum impunè obiectare: Sed utrumque illud irritum & inualidum esse, arguunt rationes, quas collegit Math. Coler. de processu execut. p. 1. c. 10. n. 8. Tum posterius inutile esse, hoc ipso etiam euincitur, quod obligationes ad hoc sunt inuenta, ut unusquisque adquirat sibi, quod sua interest, principaliter, id est, pecuniariiter, & ratione rei sua familiaris. l. 38. S. alteri. D. de verb. obl. l. 21. S. venditorem. D. de act. empt. l. vlt. D. de peric. & commod. rei vend. l. 23. D. de pact. l. vlt. C. de sent. quae pro eo quod interest, &c. Utque alium nobis obstringant, ad dandum aliquid, vel faciendum, vel praestandum l. 3. in pr. de obl. & act. Huiusmodi autem conuentio & obligatio nihil negat commodi adferat domino, negat vinculum iniiciat vasallo, quo astringatur, ad quid dandum domino, vel faciendum, vel praestandum, quod est sit utile & commodofuturum.

XL I.

Sequitur de interpretatione pactorum Inuestiturae, quae obscura & dubia sunt: Quod si pactum claris quidem conceptum & interpositum sit verbis, de mente a contrahentium dubitetur, proprietati verborum inhærendum est; (a) Sin verba illius clara non sint, sed propter varias significaciones, obscura & dubia, interpretatione eorum fieri debet, secundum usitatum de feudis loquendi morem, eò loci, ubi Inuestitura facta, & pactum fuit interpositum; (b) De qua observatione, & speciali eius loci consuetudine si non appareat, proximum est, ut verba pactorum Inuestiturae interpretemur, secundum communem naturam feudorum, ad quam pacientes respexisse, & in negocio feudali se conformasse intelliguntur; (c) Quod si de illa quoque dubium sit, pacti interpretationem, (de quo quæstio est;) contra creditorem, pro debitore faciendam esse, & quius & de iure verius est. (d)

(a) l. 1. §. licet. vers. in re dubia. D. de exerc. act. l. ille. 35. & l. non aliter. 69. D. de Leg. 3. l. non est. 12. D. de transact. Nemo enim in dubio presumitur quid dixisse, quod non sensit. l. Labeo 7 §. seruitus. vers. id Tuber. D. de Sup. leg. l. 3. D. de Reb. dub. Hinc tritum illud axioma, quod Inuestiture tenorem non restringere, sed prout verba sonant, interpretari debeamus t. 18. in fin. Vbi Bl. & feud. sta. omnes. 2 F. H. P. ist. l. 2. quæ. 1. n. 3. & 4. Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 56. (b) per text. t. 1. in pr. 2. Feudor. l. semper. 34. vers. unde. l. in obscuris.

14. D.

14. D. de R. l. l. 3. §. vlt. vers. quod ad testes. D. de test. l. 50. §. vlt. D. de Leg. l. Berous. conf. 77. num. 30. vol. 1. Menoch. conf. 104. num. 22. lib. 1. & conf. 400. num. 11. lib. 4. Est etenim verisimile, contrahentes & pacientes, more vsitato in ea regione loquitos esse, tanquam communi & magis notâ atq; familiarî, vt ab ijs, quibus cum in ea regione contrahunt & pacientur, & quibus præsentibus res geritur, intelligerentur. (c) t. 1. 2. F. verba enim cuiusq; negotijs, illius naturæ inseruire debent Hart. Pist. d. lib. 2. que. 1. num. 102. & seqq. (d) pro Vasallo igitur contra dominum, si Vasallus domino quidpiam promiserit, pro domino vero contra Vasallum, si dominus aliquid promiserit, & exinde debitor extiterit, interpretatio facienda erit, arg. l. 38. S. in stipulationibus. l. quicquid. 99. D. de verb. obl. l. si ita. 43. §. vlt. de Leg. 2. l. veteribus. 39. D. de Pact. l. plerung. §. vlt. D. de Iur. dot. §. huic autem vers. ideo autem plus. Inst. de act. Iacob. tamen. de Leonard. conf. 117. int. conf. feud. Alb. Brun. num. 132. & Menoch. conf. 148. lib. 2. & d. præf. 98. in fin. lib. 3. Vult. de feud. lib. 1. c. 7. num. 56. indistinctè pro Vasallo contra dominum interpretationem in dubio faciendam esse scribunt.

XLII.

Superest ultima inuestituræ inspectio, de tempore & loco, quibus inuestitura fieri debet. Tempus petenda nouæ inuestituræ, cum certum, & placitis F. definitum non sit, dominus pro commodo & arbitrio suo diem dandæ inuestituræ, Vasallo nouo constituere potest, ad quem Vasallus citatus comparere, & inuestituram accipere tenetur. (a) Locum inuestituræ quod attinet, quia à domino citandus est Vasallus, obedienter comparere tenetur, in loco ab ipso domino præfinito, & in citatione expresso, modò tutus ille fuerit; (b) Sin non citatus, & sponte suâ inuestituram petere velit, domicilium domini adeundum erit, nisi antè de loco inuestituræ inter dominum & Vasallum aliud conuenerit. c.

(a) Quod si Vasallus ter citatus non venerit, & fidelitatem promiserit, dominus eum amplius inuestire non cogitur. Aluar. Iac. de Belu. Bl. Fr. Schenck. & alij ad t. 24. §. est & alia. 2. F. VVes. de F. c. 8. num. 2. Borch. c. 7. num. 2. modò inter singulas citationes illas 8. aut 10. dierum spatium intercesserit. t. 22. in pr. 2. F. fac. l. properandum. 11. §. 1. C. de Iudic. (b) reuerentiam enim domino debet Vasallus. d. t. 24. §. est & alia, d. t. 22. 2. F. (c) arg. totius tit. D. de eo quod certo loco.

Exposito

XLIII.

Exposito primo adquirendi feudi modo, alter modus sequitur priori proximus, (a) præscriptio scilicet feudi. (b)

(a) Sicut enim nouā Inuestiturā, ita etiam præscriptione feudum iam primūm adquiritur, t. 26. §. si quis. per 30. lib. 2. F. & t. 87. in extr. cc.
 (b) Etsi præscriptio significet interdum exceptionem ex longo vſu & possessione comparatam, quā se tueri potest præscribens aduersus dominum, l. 9. l. super. 11. C. de præf. long. temp. l. 4. C. de R.V. Quin ut plurimum nihil aliud sit, quam exceptio, l. pen. C. de except. l. Iudicata. 39. C. de except. rei iudicat. Haud raro tamen denotat ipsam rei, velut dominij acquisitionem, §. ex his itaq. vers. & hoc est. Inst. per quas person. cuiq. adquir. l. 54. in pr. D. de euict. l. ei. 21. D. de vſucap. l. 2. C. In quib. cess. long. temp. præf. l. 1. C. de com. rer. al. l. vlt. §. fin autem. C. communia. de Leg. Iul. Paul. lib. 5. sent. t. 2. §. longi temporis. & t. 5. §. 1. res olim. Ex quibus conuincit error Donelli, qui lib. 5. comment. c. 4. p. 336. negat præscriptionis nomine in libris Iuris nostri venire etiam acquisitionem rerum, Licet deinde præscriptio suo generali significatu quandoq. comprehendat vſucaptionem, c. 1. & t. t. de præf. Iur. Can. l. ei à quo. 21. D. de vſucap. Specialiter tamen acceptio præscriptionis nomine, aliud est præscriptio, aliud vſucatio, & sunt hac duo species oppositæ, vt disertè testatur d. §. ex his itaq. vers. & hoc est. Inst. per quas pers. &c. Ut itidem verum non sit, quod Donell. lib. 5. comm. c. 4. scribit, hodiè post L. Iustinianeam, quæ est subt. C. de vſuc. transf. non esse amplius distincta genera ciuilis acquisitionis, vſucaptionem & præscriptionem. Nam & post eam constitutionem dilucide Imp. distinxit vſucaptionem à præscriptione, d. §. ex his itaq. d. vers. Ut non minus hodiè quam olim vſucatio quidem plenum & firmum ius dominij tribuat l. 17. in fin. D. de R.V. l. vn. C. de vſucap. transf. Quæ vis est verbi capere. l. 71. vbi Ged. num. 6. D. de verb. sig. adeò vt si vſucapiens possessione rei vſucaptæ cadat, recuperare eam possit per directam in rem actionem, non modò à tertio possessore, sed & à priori siue veteri domino, l. in rem. 23. D. de R.V. l. 52. de adq. rer. dom. Donel. d.lib. 5.c.29. Præscriptio verò, licet & ipsa dominium rei nanciscamur, d. §. ex his itaq. &c. Auth. nisi triennale. C. de bon. matern. Non tamen id adquiratur ipso Iure, id est, pleno & firmo Iure; Quamuis enim præscriptione adquisitam rem, si eius

nn posse-

possessione præscribens exciderit, recuperare per in rem actionem possit. l. 8. in princ. C. de præf. 30. an. illa tamen actio non directa, sed utilis est. l. 10. in pr. D. Si seru. vind. Cuiac. ad l. 4. D. de vsucap. & in Parat. C. de præf. long. temp. Hotom. lib. 4. obseru. c. 2. Don. d. lib. 5. c. 31. in fin. Eaq^z moueri quidem potest aduersus tertium possessorem, non autem contra veterem dominum, l. pen. & vlt. D. de public. Don. d. c. 31. Is enim non omnino desit esse rei præscriptæ dominus, sed pro eâ recuperandâ, post completam etiam præscriptionem mouere potest contra præscribentem directam in rem actionem, præscribens verò aduersus agentem se tueri, præscriptionis exceptione. l. 1. & l. 5. C. de præf. long. temp. d. l. si quis. 8. in pr. C. de præf. 30. an. Bal. tr. præf. p. 1. pr. quæ. 8. Sicut olim igitur, ita & hodiè quæ res vsucacionem recipiunt, in illis cessat præscriptio, & in quibus definit vsucatio, ibi præscriptio incipit. l. 2. C. in quib. cess. long. temp. præf. Sic prædia superficiaria & emphyteuticaria, seruitutes item, longi temporis præscriptione acquiruntur, non autem vsucapiuntur, l. 12. §. in vectigalibus, & §. seq. D. de Publician. l. si finit. §. si de vectigalibus. & §. seq. de dam. infect. l. 10. in pr. D. si seru. vind. l. vlt. in fin. C. de præf. long. temp. l. 4. §. vlt. l. 10. §. 1. D. de usurp. & vsucap. l. 14. in pr. D. de seruit.

XLIV.

Sed hîc in dubium vocatur, an longi vel longissimi temporis præscriptione feudum adquiratur? Et verius est, 30. annorum præscriptione adquiri feudum.

Textus expressus in t. 26. § si quis. 2. Feudor. & 1. vlt. 1. Feudor. Rationem autem, cur feuda non longi, sed longissimi temporis præscriptione adquirantur, hanc esse scribit post Hanneton. Io. Borch. de Feudor. cap. 7. p. 3. num. 5. Quod scilicet domini & Vasalli conditio dura sit, ut qui ad multa sibi inuicem sint obstricti, proindequæ etiam ad mutuam illam obligationem constituendam desiderari tempus longissimum. Obst. tamen videtur. t. 87. in extraord. cc. vbi scriptum legitur, quod longi temporis præscriptione feudum adquiratur; Quem locum & si alij aliter explicit ut videre est apud Cuiac. de feud. ad t.
vlt.

vlt. lib. 1. Feud. Gotofr. in not. ad t. 87. & Vult. lib. 1. Feud. c. 9. Nos tamen cum Iacob. de Ardz. in epit. Feud. c. 54. p. 55. d. t. 87. interpretamur de eo, qui prædium aliquod à non domino, per Inuestitutam in feudum bona fide accepit, qualis feudum in prædio illo alieno longi temporis præscriptione adquirit, eaque se tueri potest aduersus dominum illius prædij, cum alioquin, si feudum adquiratur in veri domini prædio, absque illius Inuestiturā, opus sit præscriptione longissimi temporis d. t. 26. §. si quis. 2. Feud. Sed adhuc refragari videtur, quod vsusfructus, cui feudum assimilatur, longi temporis præscriptione adquiritur l. vlt. in fin. Cod. de præf. long. temp.

XLV.

Vt tamen adquiratur feudum præscriptione 30 annorum, coniunctim requiruntur, Possessio iusta, (a) & continua; (b) animus possidendi pro feudo, (c) præstatio feudalis seruitij, (d) utque tempus præfinitum huic præscriptioni sit compleatum. (e)

(a) id est, vt præscribens Vasallus bona fide rem domini possideat; Etsi enim communi & ciuili iure ad præscriptionem 30. annor. non desideretur bona fides. l. 8. §. 1. Cod. de præf. 30. annor. vbi Cuiac. in Paratt. & lib. 18. obseru. 26. & 27. Iure tamen Canonico nulli præscriptio absque bona fide procedit. c. 5. & vlt. extr. de præscript. c. posseffor. de R. I. in 6. Quod Ius Can. sicut usu ubique receptum est, etiam in Cam. Imper. teste Mynsing. C. 4. obseru. 6. & And. Gail. lib. 2. obseru. 18. num. 2. Sic tum in rebus cæteris, tum etiam in feudis vigorem obtinet, vt nulla neq; in feudis præscriptione tueri se possit, qui malam fidem habet, d. t. 87. in extraordinar. cc. Zaf. in epit. Feud. p. 6. Mynsing. d. C. 4. obseru. 29. Rosenth. in Synops. l. F. c. 6. conclus. 142. Vnde Hotom. disp. Feud. c. 20. scribit, necessum esse admodum adolescentem Vasallum præscribere cœpisse, cum ei scilicet feudum, aut parentis morte, aut quoquis alio modo ante puberatem obuenisset. (b) Ut enim possessionis continuationem exigit

ius commune. l. 2. C. de præf. long. temp. c. illud. c. auditus extr. de præf.
l. 3. l. 5. 15. 33. §. qui pignori. l. 37. §. 1. de usurp. & usurp. Ita eandem
quog₃ desiderant feudorum placita; Id quod arguit particula per 30.
annos. in d. l. 26. §. si quis. Vbi Bald. num. 2. & Fr. Schenck. num 3.
lib. 2. Feud. & in d. t. vlt. lib. 1. Feud. Sed an hec temporis & posses-
sionis continuatio, etiam in diuersis possessoribus, veluti in defuncto,
qui præscriptionem cœpit, & eius herede spectetur, queritur? Et si-
cūt Iure communi, possessio & tempus defuncti, prodest etiam eiushe-
redi. §. diutina. Inst. de usurp. l. 13. & legatario. D. de adq. poss.
l. vn. vers. & vt continuetur. C. de usurp. transf. l. tum miles. 30. in
pr. D. Ex quibus causis maior. Ita & idem in feudi præscriptione ob-
tinere putamus: Etsi enim Vasallo mortuo, dum præfinitum 30. an-
tempus adhuc currit, Inuestitura successori opus sit, t. 24. in prin. &
t. 32. §. vlt. lib. 2. Feud. heres tamen eius, qui præscriptionem cœ-
pit, per Inuestitaram, quam vt heres à domino accipit, feudum non ad-
quirit, sed adhuc opus est ipsi, ad acquirendum feudum, continuatione
possessionis 30. annorum: Ante completum præscriptionis cursum, do-
minus eam interrumpere, & Iure suo prædium reuocare posset. (c) ita
est, animo rem illam habendi in feudum, d. t. 26. §. si quis. vbi Bl. Al-
uar. Præpos. & alij. 2. Feud. Fr. Bl. tr. præf. p. 4. pr. 4. part. qua. 12.
num. 1. (d) d. t. 26. d. §. si quis. 2. Feudor. Nihil tamen est ne-
cessum seruitum illud per 30. annos continuari, sed est satis, vel semel
præstitum & exhibitum fuisse, vt Dd. communiter tradunt ad d. §.
si quis, quo loci seruitum exigitur, non seruitia requiruntur. (e) tum
quod & commune ius hoc exigit, ita vt si vel unus dies desit, præce-
denti temporis possessio nihil omnino possessori profit, l. 26. §. quoties.
D. Ex quibus causis maior. tum quod in d. t. vlt. 1. Feud. & t. 26.
d. §. usurpata particula per temporis consumationem significat, vt
scribit Bl. ibid. num. 2. & Fr. Schenck. in pr. arg. l. vrbana. 166. §. 1.
in fin. vbi Gæd. num. 3. de verb. sig. Titulus autem siue causa possessionis,
ad hanc præscriptionem ideo non desideratur, vt Dd. communiter tra-
dunt add. t. 26. d. §. si quis. 2. Feudor. Quia Iure communi, nun-
quam longissimi temporis præscriptio, possessionis titulum exigit l. 2. l. 8.
§. quod si quis. & ibid. gl. C. de præf. 30. an-

Sed

XLVI.

Sed iterum hīc quāritur, an requisitis iam dīctis concurren-
tibus, per longissimi temporis præscriptionem, etiam extraneus
feudum, quod citra domini adgnatorumq; consensum fuit aliena-
tum, adquirere possint? Quod etsi communi Dd. calculo ad-
probetur, verius tamen arbitramur, huic nullius, ne quidem lon-
gissimi temporis præscriptionem prodeesse.

Per text. t. 40. §. præterea. & tit. 55. §. vnde Imp. 2. F. & d. tit. 83.
in extraord. cc. sed dissentunt Dd. communiter, dum palam scribere
non dubitant, bonafidei possessorem, qui domini & adgnatorum consensu
alienatum esse feudum existimat, 30. annis, non modò contra adgnatos,
sed & contra dominum ipsum feudum illud præscribere, at malefidei pos-
sessorem ad præscribendum hoc casu desiderare tempus immemoriale,
arg. t. 9. §. donare. vers. præscriptione. 2. F. Ita docent Schrad. de feud.
p. 5. c. 4. n. 9. Cuiac. ad t. 49. lib. 4. F. Rosenthal in Synops. c. 6. concl. 150.
& c. 9. concl. 132. Quin statuunt quidam ex interpretibus, si Vasallus pre-
diūm feudale pro allodiali transtulerit in alium nouum possessorem, et
iam directum dominium 30. annis præscribere, quos refert & sequitur
Fr. Bal. tr. præf. p. 4. pr. quartæ part. quest. 12. n. 9. Borch. de feud. c. 7.
p. 3. n. 13.

XLVII.

In disceptationem item trahitur, an indifferenter res tam
Ecclesiasticæ, quam laicæ, tam res ciuitatum quam singulorum,
tam regalia, quam non regalia hīc non minus iure feudi per
30. annorum præscriptionem adquirantur? Et quamvis com-
munis sit Dd. assertio, adquiri non posse feudum in Ecclesiasti-
cis & ciuitatum rebus, nisi 40. annorum præscriptione, & in iure
regali, nisi præscriptione temporis immemorialis, (a) nos ta-
men indistinctè, in omnibus omnino etiam Reip. & Ecclesiæ
rebus, ut & regalibus, per longissimi temporis, id est, 30. an-
norum præscriptionem feudum adquiri putamus.

a) eō quod iure communi tantum temporis ad harum rerum præ-
scriptionem requiratur, Nou. III. & Nou. 131. c. 6. c. super quibus-
dam. §. præterea. extra de Verb. Sig. Idque docent post Andr. de Iser.
Præposit. Aluarott. Laudens. & alios ad l. 26. §. si quis. 2. F. Mynsing.
C. 4. obs. 29. (b) tum quod argumentum à natura subiecta rei, ad
nn 3 indu-

inducendam naturam & conditionem rei adiunctæ, puta iuris feudalis, quod est in resubiecta, veluti Ecclesiastica, Ciuitatis, vel Iure Regali, satis densum & firmum non est; Tum quod licet præscribens ius feudi in eiusmodi aliquâ re subiectâ præscribat, non tamen ipsam rem Ecclesiasticam, vel ipsum ius regale adquirat, sed ea res Ecclesia maneat, ut & ius regale Principis; Tum denique, quod placita F. quamuis in re Ecclesiasticâ, Ciuitatis, & Iure Regali, feudum constitui posse velint, nihilominus tamen generaliter & indifferenter præscribendo feudo, 30. tantum annorum spacium præfiniant; Consent. Frid. Schenck ad d. S. si quis, & Dn. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. num. 8.

XLVIII.

Quemadmodum autem quis per 30. annorum præscriptio-
nem in prædio alterius feudum adquirit, & Vasallus efficitur
domini illius prædij, ita vicissim, si quis ab aliquo nomine cu-
iudam prædij ipsius, per 30. annos feudalia seruitia receperit,
licet præmium illud reuerâ liberum fuerit, non feudale, proprie-
tatis tamen dominium in eo prædio sibi adquirit, & ipsum prædij
dominum Vasallum nanciscitur.

*Quod enim in uno correlatiuorum receptum est, id etiam in altero
recipi debet, ex quo fundamento communiter Dd. hanc doctrinam
defendunt, ad tit. 26. S. si quis. Zaf. in Ep. F. part. 6. Clar. in §. feu-
dum. quæst. 19. num. 1. & quæst 45. num. 1. Duar. de f. c. 8. num. 2.
Mynsing. C. 4. obs. 29. in fin. Borch. de feud. c. 7. p. 3.n. 10. Rosenthal in
Synopsi. c. 6. concl. 148.*

XLIX.

Coronidis loco dispiciendum, an dominus feudi liberta-
tem contra Vasallum præscribere possit, si possessionem rei feu-
dal is adeptus sit, eamque per 30. annos sine vlla contradicitione
Vasalli & adgnatorum obtinuerit, in dubium vocatur? Et affir-
matio communi Dd. calculo receptam, & Camerali præiudi-
cio confirmatam amplecti non veremur.

*Cuius iuris ratio esse potest, tum quod res quælibet ad naturam suam
facilè revertitur, c. ab exordio. & ibi. Gl. 35. dist. 5. cum in suo solo, vers.
quod si aliqua ex causa. inst. de rer. diu. l. 21. S. si quis autem. C. de Te-
stam.*

380.

¶am. l. si vnuis. 27. §. pactus ne peteret. Vbi latè las. num. 5. & seqq.
 ff. de pact. tum quòd in simili, is qui seruitutem urbanam debet, liber-
 tatem prædij sui licitè usucapere potest, l. 4. §. fin. ff. de usucap. l. 6.
 ff. de seru. pred. vrb. tum denique quòd usufructuarius, cui assimila-
 tur Vasallus, longo tempore usumfructum adquirat, l. vlt. in fin. C. de
 long. temp. præf. & adquisitum non utendo tempore eodem amittat.
 l. 25. & 28. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. 38. ff. de ususfr. l. 16. & ibi.
 Gl. in verbo. non utendo. & in verbo excludere. C. de ususfr. l. vlt. C.
 de seruit. & aq. Ut proinde etiam Vasallus, qui feudum longissimi
 temporis præscriptione adquirit, d. §. si quis. d. tit. eodem temporis
 curriculo, adquisitum amittat, arg. l. nil tam naturale. de Reg. Iur. &
 l. omnia. 100. ff. eod. Atque hanc libertatis præscriptionem non Va-
 sallo sicutum, sed & eiusdem adgnatis, si non ignorauerint ipsum domi-
 num possidere feudum, Dd. obesse scribunt dd. priùs locis, quibus tamen
 plurimum refragari videtur, quod viuo Vasallo nulla illius adgnatis
 tempori obstat præscriptio, text. tit. 83. in extraord. cc. Quippe quòd
 horum ius nascatur mortuo demum Vasallo, tit. 26. §. Titius filios.
 tit. 9. §. donare. vers. præscriptione. tit. 24. §. denique. tit. 26. §. si
 Vasallus tit. 31. & 37. 2. F. vt meritò contra adgnatos Vasalli currere
 non debeat ea libertatis præscriptio, antequam ius ipsiſ reuerā adqui-
 sum sit, non entis enim nulle dicuntur esse qualitates, l. cum notifi-
 mi. 7. §. vlt. C. de præf. 30. an.

L.

Vt & ex aduerso de Vasallo illud discutiendum, an is simili-
 ter non seruiendo proprietatem rei feudalis præscriptione 30. ann.
 adquirat. Et licet Vasallus, quandiu, vt Vasallus, rem feuda-
 lem possidet vt rem feudalem, nullo tempore præscribere pro-
 prietatem contra dominum posset, (a) si tamen longissimo
 tempore dominus seruitia non exegerit, cum tamen ijs maxi-
 mè opus habuerit, atque Vasallus bonâ fide rem feudalem pos-
 federit, non vt Vasallus, neque vt feudalem, sed existimans il-
 lam rem suam esse, & allodialem, tunc ipsum prædicto tempore
 proprietatem rei illius feudalnis contra dominum præscribere,
 & à feudalibus seruitijs liberare se posse putamus. (b)

a) per

a) per text. l. adquiritur. 10. S. vlt ff. de adq. rer. dom. §. fructuarius. inst. per quas person. cuig₃ adquir. l. 8. C. de usufr. l. 2. l. cum notissimi. 27. §. vlt. C. de præf. 30. annor. (b) Nam libertas serui, si mala fides non obstat, longo tempore prescribitur, l. 1. & 2. C. de long. temp. præf. quæ pro libert. l. vlt. C. de his, qui à non dominis man. l. si cum. 16. §. Arist. ff. qui & à quib. manumiss. Diff. Rosenthal. in Synops. 1. F. c. 6. concl. 156. & 157. tum per textus iuris feudalis, qui volunt, quod Vasallus non amittat feudum, etiamsi 20. annis vel ultrà domino non seruierit. t. 21. in fin. pr. 1. F. t. 26. §. licet Vasallus. t. 28. S. ad hoc 2. F. tum quod ea quæ mercæ facilitatis sunt, non utendo haud perduntur, Gl. & Canonistæ. in c. fin. extra. de priuileg. Tum deniq₃, quod is, cuius prædio urbano seruitus debetur, ex vicino prædio urbano eam non amittit, nisi vicinus vicissim, qui debet seruitutem, quid agat, quo impediatur ea seruitus, l. hac autem. 6. ff. de seru. præd. vrb. & l. si quis. 28. ff. quemadmodum seruit. amitt. Quorum tamen argumentorum, si rectè ponderentur, vim esse per quam exiguum, facile apparebit. Eandem questionem tractant post alios Panormini. in c. ad audientiam.

col. vlt. vers. sed iuxta predicta. extra. de præscript.

& F. Bal. de præscript. p. 4. pr. quarta
part. q. 12. n. 15.

FINIS DISPUTATIONIS
DECIMÆ QVARTÆ.

Ka 3071
(3/4)

ULB Halle
003 261 573

3



sb

Bürobind. 3/1.



Farbkarte #13

B.I.G.	Black	White	3/Color	Red	Magenta	Yellow	Green	Cyan	Blue
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
Centimetres	19	18	17	16	15	14	13	12	11
Inches	7.5	6.7	6.0	5.3	4.5	3.8	3.1	2.3	1.6

Disputatio XIV.

341

ODO C O N S T I T U E N D I F E V,
in genere, & in specie, de acquisitione feudi per Inuesti-
turam & Prescriptionem.

Q V A M,

Fuuante D E O.

C T O R I T A T E
ONSENSV AMPLIS-
IVRISCONSVLTORVM
COLLEGII,

P R A E S I D E,

S V L T I S S I M O V I-
I. H E N R I C O B O C E R O,
risimo, & in illustri Tubingensium Academia Profes-
sore celeberrimo, Praeceptore, & patrono
suo summè honorando.

L I C E I N A V D I T O R I O
arisconsultorum ad 15. decembris di-
scutiendam proponit.

T H Æ V S S C H V L T E R, E.



T V B I N G A,
Georgium Gruppenbachium.

A N N O M. D. X C I X.

ii